Nominatiuo Vnus vna vnum, *vno*. Genitiuo vnius *di vno*. Datiuo vni, *a vno*. Accusatiuo vnum vnam vnum, *vno*. Ablatiuo ab vno ab vna ab vno, *da vno*. Plur. vni vnæ, vt ipse ipsa ipsum.

Totus.

Nominatiuo Totus tota totum, *tutto*. Genitiuo totius *di tutto*. Datiuo toti, *a tutto*. Accusatiuo totum totam, totum *tutto*. Ablatiuo, a toto, a tota, a toto. *da tutto*. Pluraliter toti totæ tota, &c.

Solus.

Nominatiuo Solus sola solum, *solo*. Genitiuo solius *di solo*. Datiuo soli, *a solo*. Accusatiuo solum solam solum, *solo*. Ablatiuo, a solo, a sola, a solo *da solo*. Pluraliter soli solæ sola, &c.

Sic etiam flectũtur Nullus nulla nullum, Vter vtra vtrũ, Alter altera alterum, Neuter neutra neutrum, & ab his composita.

Quis.

Nominatiuo Quis vel qui, quæ, quod vel quid, *ilquale*. Genitiuo cuius, *del quale*. Datiuo cui *alquale*. Accusatiuo quem, quam, quod vel quid *quale*. Ablatiuo, a quo, a qua, a quo, *dal quale*. Plural. nominatiuo qui, quæ, qua, *liquali*. Genitiuo quorum, quarum, quorum, *delli quali*. Datiuo quibus, *alli quali*. Accusatiuo quos, quas, quæ, *liquali*. Ablatiuo, a quibus *dalli quali*.

Et

Et si ab eo composita.

Aliquis,aliqua,aliquod vel aliquid, *Alcuno.*
Ecquis,ecqua,ecquod,vel ecquid, *E chi.*
Siquis,siqua,siquod,vel siquid. *Se alcuno.*
Quisque,quæque,quodque, vel quidque.
Quilibet,quælibet,quodlibet,vel quidlibet. } *Ciascuno.*
Quisnam,quænam,quodnam,vel quidnam. *Quale, o chi.*
Nequis,nequa,nequod,vel nequid. *Ne alcuno.*
Quisquam,quæpiam,quodpiam vel quidpiam. *Alcuno.*
Quicumque quęcumque,quodcumque,vel quidcunque, *Qualunque.*
Quidnam,quædam,quoddam,vel quiddam, *Vn certo.*

Nominatiuo idem eadem idem, *il medesimo huomo, la medesima donna,la medesima cosa.* Genitiuo eiusdem,*del medesimo.* Datiuo eidem, *al medesimo* . Accusatiuo eundē eandem idem, *il medesimo.* Ablatiuo ab eodem eadem eodem, *dal medesimo.* Pluraliter nominatiuo idem eædem eadem, *li medesimi.* Genitiuo eorundem earundē eorundem, *de i medesimi.* Datiuo eisdem,vel ijsdem, *a i medesimi.* Accusatiuo eosdem easdem eadem, *li medesimi.* Ablatiuo ab ijsdem, *da i medesimi.*

Pronomina tertij modi.

Meus.

Nominatiuo meus mea meum,*il mio.* Genitiuo mei meæ mei, *del mio.* Datiuo meo meæ meo , *al mio.* Accusatiuo meum meam meū, *il mio.* Vocatiuo,ò mi mea meū, *o mio.* Ablatiuo a meo, a mea, a meo , *dal mio* . Pluraliter nominatiuo mei meæ mea, *li miei.* Genitiuo meorum mearum meorum, *delli miei.* Datiuo meis, *a i miei.* Accusatiuo meos meas mea , *li miei* . Ablatiuo a meis, *da miei.*

Sic tuus tua tuum *il tuo.* Suus sua suum, *il suo.* Noster nostra nostrum *il nostro.* Vester vestra vestrum, *il vostro.*

Hæ

Hæ sunt quæ tantum habent vocatiuum.

Tu, meus, Noster, & Nostras, pronomina quintum: Quatuor admittunt, cætera cuncta carent.

Pronomina quarti modi.
Nostras.

Nominatiuo hic, & hæc, & hoc nostras, *huomo donna, cosa della nostra patria, gente, paese, e setta.* Genitiuo nostratis, & cæteri casus declinantur vt hic & hæc hoc ferox. sic Vestras flectitur.

DE PRAEPOSITIONE.



D, quæ pars est? Præpositio, quia præponitur alijs partibus orationis per Appositionem, id est per regimen casus, vt eo ad templum, & per compositionem, id est quando componitur, vt adamo.

Præpositioni vnum accidit scilicet casus.
Quot casus? Duo, scilicet Accusatiuus, & Ablatiuus.

Hæ sunt præpositiones seruientes.
Accusatiuo.

Ad, Apud, Ante, Aduersum, vel Aduersus, Citer, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, infra, intra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, secundum, post, trans, vltra, præter, supra, circiter, vsque, secus, penes.

Hæ seruiunt Ablatiuo.

A, Abs, Cum, Coram, Clam, De, E, Ex, Pro, Præ.

Hæ

Hæ seruiunt Ablatiuo.

Palam,Sine,Absque, tenus.

Hæ seruiunt vtrique casui,scilicet, Accusatiuo,& Ablatiuo.

In,Sub,Super,Subter.

Hæ sunt in compositione.

Di,Dis,Re,Se,An,Con.

Quibus studeant pueri.
Significationes præpositionum.

A,
Abs, } Da,vt A Philippo,Abs Titio,Ab Antonio.
Ab,

Et nota quod A, iungitur cum dictionibus incipientibus a consonantibus,vt a Philippo.

Ab,cum incipientibus a vocalibus, vt Ab Antonio.

Abs,cum incipientibus a T,uel Q. iunguntur,ut abs quouis,abs Titio.

Apud *Vicino, Appresso, In casa,* Appo, *Allato, & Sopra,* ut Cænaui apud Franciscum, *Io ho mangiato in casa di Francesco.* Sis apud te, *Sta sopra di te.*

Ad Allo, Al, *Appresso,* ut Eo ad templum, *Vo alla Chiesa.*

Aduersus, uel Aduersum, Contra, Inuerso, *Appresso*, ut Aduersum te, *Appresso di te.*

Ante *Auanti, Inanzi.*

Circa *Vicino, Intorno, D'intorno.*

Circiter *Circa, ò poco più, ò meno.*

Circum *Intorno, o In circuito.*

Cis, Citra, *Di quà,* ut Citra flumen, *& Oltra, ò Fuora,* ut Citra tuas litteras, *Fuora le tue lettere.*

Contra *Contra, All'incontro, Dirimpetto, Dall'altra banda.*

Coram *A faccia a faccia, Publicamente, In presenza.*

Clam *Occultamente, Nascosamente, Di nascosto.*

De

De	*Da, Per causa, Di, del.*
E	*Da, Dal.*
Ex	*Da, Secondo,* ut ex Platone, *Secondo Platone.*
Erga	*Verso in verso.*
Extra	*Fuora, Eccetto,* ut extra Filippum, *Fuor che Philippo.*
In	*In fauore.* Contra, *Verso.*
Intra	*Dentro.*
Inter	*Fra, In mezo.*
Infra	*Sotto, Di sotto.*
Iuxta	*Vicino, Appresso, Egualmente, Secondo.*
Ob	*Per causa, Per amore.*
Palam	*Publicamente, Palesemente, Auanti.*
Penes	*In potestà, in potere, Appreßo,* ut Penes te.
Post	*Dapoi.*
Præ	*Per auanti, Sopra,* ut Præ cæteris amaris, *sopra gli altri sei amato.*
Præter	*Eccetto, Cauatone, Fuorche, Oltra.*
Pro	*Per, in fauore.*
Propè	*Vicino, Appresso.*
Propter	*Per cagione, per causa. Per amore.*
Secus	*Vicino, Appresso,* ut Secus uiam.
Secundum	*Secondo, Vicino,*
Sine	*Senza.*
Sub	*Sotto.* Subter, *Sotto.*
Super	*Sopra.*
Supra	*Supra, Oltra,* ut annum Supra.
Tenus	*Secondo* ut messe tenus, *secondo l'intrata.*
Trans	*Da la.* Vsque, *Infino.*

DE ADVERBIIS.

ADuerbium eſt pars orationis indeclinabilis, quod ſtat iuxta uerbum, & ferè ſemper nititur uerbo.

Aduerbio accidunt tria.

Species, ſignificatio, & Figura.

Significationes temporis ſunt.

HODIE, Heri, Cras, nunc, Nuper, Perendie, Pridie, Poſtridie, Nudius tertius, Nudius quartus, Aliquando, Olim, Hinc, Quondam, Iam, Semper, Mane, Veſperi, Diu, Noctu, Modò, Dum.

Da loci.

Hic, Illic, Ibi, Vbi, Huc, Haç, Hinc, Intus, Intro, Foris, Foras.

Da Qualitatis.

Bene, Male, Doctè, Pulchre. Fortiter, Sapienter.

Da quantitatis.

Multum, Parum, Modicum, Minimum, Maxime, Magnopere, Sat, Satis.

Da negandi.

Non, Nihil, Nec, Neque, Haud, Minime, Nequaquam.

Da confirmandi.

Profecto, Quippe, Nempe, Videlicet, Scilicet, quidem, Certe, Ne, Plane.

Da Iurandi.

Adepol, Caſtor, Hercle, Medius fidius.

Da Prohibendi.

Ne.

Da optandi.

Vtinam, O ſi.

Da Euentus.

Forte. Caſu, Forte Fortuna.

Da Hortandi.

Eia, Age, Agite,

Da Remittendi.

Vix, Paulatim, Sensim, Pedetentium, Simul, Vna, Pariter.

Da Intentiui.

Valde, Nimio prorsus, Penitus, Omnino.

Da Numeri.

Semel, Bis, Ter, Quater, Quinquies, Sexties, Septies, Decies, Quinquagies, Octuagies, Centies, Millies, Toties, Quoties, &c.

Da Similitudinis.

Quasi, Ceu, sic, Sicut, Sicuti, Velut, Veluti, Vti, Ita.

Da Dubitandi.

Forsitan, Forsan, Fortasse uel Fortassis, Fors, Forte.

Da Superlatiuis.

Maxime, Minime, Doctissime.

Da Vocandi.

Heus, O.

Da Demonstrandi.

En, Ecce.

Da Eligendi.

Potius, Quinimo.

Da Diminutiui.

Clanculum, Belle.

Da Personalis.

Meatim, Tuatim, Suatim, Nostratim, Vestratim.

Da Interrogandi.

Cur, Quare, Nunquid, Quamobrem.

Da Ordinandi.

Deinde, Deinceps, Dehinc, Postea, Obiter, Interim, Interea, Protinus, Propterea.

Da discretiui.

Deorsum, Sursum, Secreto, Separatim, Sigillatim, Bifariã, Omnifariam, Plurifariam, Multifariam.

Affabre *Artificiosamente, bellamente, scient emēte.*
Affatim *Abbondantemente, Largamente.*
Agminatim *A squadroni, ò à squadra.*
Alioquin *Altrimenti, In altro modo.*
Amabo *Di gratia, Per amor mio, Pel ben che mi vuoi.*
Angulatim *Per i cantoni. Per cantone.*
Apparatius *Con maggior spesa, con più apparecchio.*
Appetenter *Desiderosamente, Con gran desio.*
Apprime *Molto, grandemente,* vt Apprime est *vtile, Molto è vtile.* Terent.
Ardenter *Grandissimamente, Con grande amore, & affettione.*
Arctissimè *Strettamente.*
Atqui *Certamente, Certo.*
Abhinc annum, vel Biennium, vel Triennium: *Mo fa vno, dua, ò tre anni.*
Audacter *Arditamente, Liberatamente.*

DE LITTERA B.

BEne *Bene, Accommodatamente, Rettamente, Adagiatamente.*
Bene mane *Ben per tempo, Ben mattino.*
Blande *Lusinghevolmente.*
Biduo *In dua dì, In spatio di dua dì.*
Breui, vel Breuiter. *Breuemente.*
Bifariam *In due modi, Maniere, ò Sorti.*
Bacchatim *Furiosamente.*

DE LITTERA C.

CErte *Certamente.*
Ceu *Come, Quasi.*
Cæsim *Di taglio, A pezzi.*
Cominus *Vicino. Appresso.*

DE LITTERA D.

DEinceps,	*Da quà auanti, Dopoi, per ordine, Vno poi l'altro.*
Deinde	*Dipoi, da l'altra banda, per l'auenire*
Demum	*A l'vltimo, Finalmente*
Denique	*All'vltimo, Finalmente.*
Diuisim	*Separatamente.*
Docte	*Dottamente.*
Duntaxat	*Purche, Solamente.*
Dudum	*Poco auanti, adesso adesso, Hora hora.*
Decenter	*Conuenientemente, Ornatamente.*
Decies	*Diece volte.*
Deformiter	*Laidamente, Bruttamente.*
Deintegro, vel Denuo	*Di nuouo, Vn'altra volta.*
Dilucide	*Chiaramente.*
Diu	*Lungo tempo.*
Dolenter	*Con dolore.*
Dum vel	*Insinche, Mentreche.*
Donec	*Fin tanto che.*

DE LITTERA E.

EHO ad me?	*Vieni, ò vien quà.*
Eia	*Horsù.*
Eminus	*Da lontano, Da lungi.*
En	*Ecco.*
Etiam	*Anchora, Ancho.*
Etiam atq; etiã	*Per quanto so, e posso.*
Eatenus	*A tal modo, insin la.*
Enimuero	*Mà.*
Etiãsi, vel etiam vt,	*Anchorche.*
Enodatius	*Più chiaramente, Più apertamente.*
Ergo	*Adunque.*

Exiguo — *Parcamente, poco.*
Expeditius — *Più espedito, Più ageuolmente.*
Extempore — *Alla sprouista senza pensare.*
Extemplo — *Di subito.*
Extrinsecus — *Di fuora.*
Extra Iocum — *Lassando il motteggiar da banda.*

DE LITTERA F.

FERE — *Quasi, Poco ce volse.*
Fermè — *Certamente, quasi*
Fortiter — *Fortemente, Forte, Fortuito, Casualmente, Perauentura, Per sorte.*
Forsan, Forsitan, Fortassis, Fortasse, *Forsi.*
Familiariter — *Amicheuolmente, Famigliarmente.*
Fartim concisum, *Tagliato minuto minuto, Minutamente.*
Festinanter — *A l'improuisa, à l'infretta.*
Fidenter — *Con sigorta.*
Fistulatim — *Per condotto.*
Frugaliter — *Temperatamente.*
Frustra — *In darno, in vano.*
Funditus — *Dalli fondamenti.*
Furtim — *Nascosamente.*

DE LITTERA G.

GRatuito
Gratis — *Gratiosamente, Per gratia. Senza premio, ò senza mercede, Gran mercede, Di bando.*
Grauiter — *Prudentemente, Saggiamente.*
Gratim — *A passo, à passo, Pian piano, à poco, à poco.*
Graphicè — *A ponto, Artificiosamente, bellamente, elegantemente.*

Gut-

Guttatim	*A goccia, à goccia.*
Graciliter	*Sottilmente.*

DE LITTERA H.

Haud	*No.*
Heri	*Hieri.*
Hercle	*Per Dio Hercole.*
Heus	*O.*
Hodie vesperi	*Questa sera.*
Hic	*Qua.*
Hodie	*Hoggi.*
Hodie mane	*Questa mattina.*
Hactenus	*Insino adesso, ò insinqua.*
Hostiliter	*Da inimico.*
Haud quaquam	*Per niun modo, Per niente.*

DE LITTERA I.

Iam	*Già, mò, adesso, hora.*
Iam	*Adesso adesso, Momò. Hor hora.*
Iandudum	*Poco auanti, Vn pezzo fà.*
Iamdiu	*Già longo tempo.*
Illico	*Subito, Incontinente, à vn tratto.*
Inde	*Di là, Dopo.*
Interea, Interim	*In questo mezo, ò tempo.*
Interdum	*Alcuna volta.*
Ita	*Si, Cosi.*
Item, Itidem	*Similmente.*
Iterum	*Vn'altra volta, Vn'altra fiata.*
Inscite	*Bestialmente.*
Iactanter	*Per vanagloria.*
Iampridem	*Vn pezzo fà. Già longo tempo. molto tẽpo.*
Idcirco, Ideò	*Per questo, Però.*
Impensius	*Più attentamente.*

Im-

Impręsentiarũ vel *in præsentia, presente.*
Imprudenter *Inconsideratamente.*
Imprudenter *Sfacciamente, Senza vergogna.*
Impunè *Senza pena.*
Inclementer *Adiratamente, aspramente.*
Incunctanter *Subito, senza indugio.*
Indaganter *Diligentemente.*
Ingenuè. *Alla reale, Realmente, da huomo da bene.*
Inhæsitanter *Indubitatamente, Fermamente.*
Inopinanter *Alla non pensata.*
Imparato *Alla sprouista, all'impensata.*
Insigniter *Sommamente, apertamente, Ornatamente.*
Insolenter *Presontuosamente, pazzescamente.*
Insperato *Senza speranza, Senza pensare.*
Insulte *Bestialmente, Grossamente, Da grossolano.*
Inuersum *Sotto sopra, a l'inuersa.*
Inuicem *a vicenda.*
Ioco *a burla, Motteggiando.*
Iugiter *Di continuo, Sempre.*
Iuueniliter *Da giouane.*

DE LITTERA L.

Longe *Di lontano, de lunghi Grandemente.*
Latenter *ascosamente.*
Lautè *Grossamente, abondantemente.*
Leniter *piaceuolmente.*
Lento *adagio.*
Lepide *agratiatamente, Molto agratiato.*
Leuiter *Leggiermente.*
Libenter *di buona voglia, Volontieri.*
Libentissimè *Molto volontieri.*
Liquido *Chiaramente.*

Lira-

Liratim	*Solco per solco.*
Lugubriter	*Con pianti, & da bruno.*

DE LITTERA M.

Magis	*Più.*
Maximè	*Molto più.*
Male	*Mallamente, Scioccamente.*
Magis,atq; Magis,	*Ogni hor più.*
Minimè	*Molto manco, A niun modo, nò.*
Millies	*Mille volte.*
Minimum	*Molto poco.*
Modicum	*Poco.*
Modo	*Purche, Hora, Similmente, Solo.*
Multifariam	*Per molti modi, Per molte sorti, & maniere.*
Mature	*Presto moderatamente.*
Membratim	*A membro à membro.*
Merito	*Meriteuolmente, Ragioneuolmente.*
Minaciter	*Con minacci.*
Mirabiliter	*Mirabilmente.*
Molliter	*Delicatamente.*
Mox	*Subito incontinente.*

DE LITTERA N.

Nae	*Certamente, Grandemente, molto.*
Ne	*Nò, Acciò nò, Sinò.*
Nempe	*Certamente.*
Nauiter	*Valorosamente, diligentemente.*
Nec, neque	Nò *ne.*
Nequaquam	*Nò, per nissun modo, ò via,*
Nihil	*Niente.*
Neutique	*Nò, per nissun modo.*
Nimirum	*Certamente, Senza dubbio; Insallantemente.*

Ni-

Nimium	*Troppo, Assai.*
Non	*No.*
Nullatenus	*In nissun modo, Da nulla parte.*
Nudius tertius	*Mo fa tre dì, L'altr'hieri.*
Num	*Si, ò nò, Forsiche.*
Nudiusquartus.	*Mò fa quattro dì.*
Nunc	*Mò, adesso, hora.*
Nunquam	*Mai in nissun tempo.*
Nonnunquam	*Alcuna volta, & alcuna fiata.*
Nunquid	*Si, ò nò, Forsiche.*
Nuper	*Poco auanti, poco fa.*
Nequiter	*Cattiuamente, vigliaccamente.*
Neutique	*Per nißun modo.*
Nisi	*Si no.*
Noctesq; Dies	*Notte, e giorno, Sempre mai.*
Nominatim	*Nome per nome.*
Nouiter	*Diligentemente, Gagliardamente.*

DE LITTERA O.

OBiter	*Fuor di proposito, casualmente, In trascorso, Incidentemente.*
Olim	*Per il passato*
Omnino	*Totalmente, Grandemente. In tutto, e per tutto.*
Obuiam	*Incontro.*
Ocyssime	*Molto presto.*
Opipare, vel Opulenter	*Abondantemente, Lautamente.*
Oppidatim	*Da città in città, Da terra in terra.*
Optato, vel Opportune	*A tempo.*

DE LITTERA P.

PAulatim	*A poco à poco.*
Pariter	*Vgualmente, insieme, Ad vn tempo.*

Pede-

Pedetentim	*Pian piano, A poco à poco.*
Pene	*Quasi.*
Penitus	*Al tutto. Grandemẽte, In tutto e per tutto.*
Peregre	*Fuor di terra; Fuor di paese.*
Perendie	*Posdomane.*
Perinde ac	*Si come.*
Perperam	*Malamente, Cattiuamente.*
Plane	*Certamente, Manifestamente.*
Porro	*Certamente, Finalmente.*
Postquam	*Poiche, Attesoche,* sic Posteaquam.
Postea	*Dapoi.*
Præterea	*Oltra di questo.*
Precario	*Con preghi, Con preghieri.*
Pridem	*Poco tempo auanti.*
Pridie	*Vn dì auanti.*
Postridie	*Vn dì dopò.*
Propere	*A l'impresa, A l'infretta.*
Procul	*Da lungo, Da lontano, discosto.*
Profecto	*Certamente, Senza fallo.*
Proinde	*Perciò, Però.*
Prorsus	*Finalmente, Totalmente, Veramente.*
Protinus	*Da lungi, Da lontano, Da poi, Subito, Continuamente.*
Pacate	*Quetamente.*
Palam	*Publicamente, Palesemente.*
Passim	*Da passo in passo, Per tutto, Sparsamente.*
Patienter	*Patientemente.*
Paulisper	*Molto poco tempo.*
Peculiariter	*Specialmente.*
Pensiculare	*Consideratamente.*
Perniciter	*Ruineuolmente.*
Perpulchre	*Molto bene Gentilmente.*
Perspicue	*Euidentemente.*
Plerunque	*Spesse volte.*

Pluri-

Plurifariam *In molti e piu modi,*
Post hac *Per l'auenire.*
Postmodum *Dopo, vltimamente.*
Potius *Piutosto,* & est de duobus,
Potissimum *Molto più presto, ò più presto;* de pluribus *Sopra ogni altra cosa.*
Præcise. *A pezzo à pezzo, Spezzatamente.*
Præsertim. *Massimamēte, Specialmēte, principalmēte.*
Præssim *Strettamente.*
Priuatim *Priuatamente.*
Propediem *Presto.*
Pro tempore *Secondo il tempo.*
Proxime *Da vicino, D'appresso.*
Pulcherrime *Con honor, e con vittoria.*
Propediem *Di corto, presto.*
Protinus *Subito, Di lontano.*

DE LITTERA Q.

QVasi *Quasi, come.*
Quatriduo *In quattro dì.*
Quatrinoctio *In quattro notte.*
Quamobrem Quapropter, *Perche cosa; Per la qual cosa Per onde.*
Quare. *Perche, per la qual cosa. Onde.*
Quando. *Quando, per alcun tempo, Attesoche.*
Quandoquidem *Attesoche, Perche, poiche, Se pur.*
Quemadmodum *Si come.*
Quid? *Perche?*
Quodammodo *Ad vn certo modo di dire.*
Quid vero *Con che modo, ò patto.*
Quidem *Certamente, perciò.*
Quippe *Certamente,*
Quondam *Per il passato.*
Quandiu *Molto tempo auanti,* & Quam pridem,
Quamprimum *Subito che, Tantosto.*

Quam-

Quammox	*Molto presto, presto.*
Quandoque	*Alcuna volta.*
Quantisper	*Quanto tempo.*
Tantisper	*Tanto tempo.*
Quid tum?	*Che più?*
Quid ni?	*Perche no.*
Quo ad eius fieri poterit,	*quanto possibil sarà.*
Quotidie	*Ogni di.*
Quo circa	*Per la qual cosa.*
Quominus fiat,	*Che non si faccia.*
Quomodo	*Come si sia, In qualunque modo si sia.*
Quoties	*Ogni volta che.*
Quotannis	*Ogni anno.*
Quorsum	*A che effetto, A che proposito.*

DE LITTERA R.

RVrsus, vel Rursus,	*vn'altra volta. Di nuouo.*
Radicitus	*Dalle radici.*
Raptim	*A l'impresa, à l'infretta.*
Rarenter	*Raramente.*
Remisse	*Humilmente.*
Repente	*Di subito, In vn tratto.*
Rite	*Rettamenee.*

DE LITTERA S.

SEnsim	*Pian piano, A poco à poco,*
Seorsum	*Separatamente, Discostamente.*
Sic	*Cosi.*
Sicut, & Sicuti,	*Come,*
Simul	*Insieme.*
Sigillatim	*Vn per vno.*
Si quando	*Si per alcun tempo.*
Statim	*Subito incontinente.*
Suauiter	*Suauemente.*
Subinde	*Dapoi, Subito, Incontinente. Spesso.*

Sub-

Submiſſius	*Più humilmente.*
Sæpè	*Speſſe volte, Speſſe fiate,* Crebro
Sæuiſſimè	*Molto crudelmente.*
Saltem	*Almeno, Almanco.*
Sanè	*Certamente.*
Sat,& Satis	*Aſſai.*
Satius	*Più toſto, ò Meglio.*
Scinter	*A ſommo ſtudio, A poſta, con arte, e dottrina.*
Sero	*Tardo, A tardo.*
Serius	*Piu tardo.*
Sic ſecus	*Si altramente.*
Sedulo	*Diligentemente, Inſtantemente.*
Semel	*Vna volta.*
Separatim	*Da per ſe. Separatamente.*
Serio, non ioco	*Gioco da douero, e Non da burla.*
Simpliciter	*Simplicemente, Puramente.*
Sicque	*Atteſoche.*
Solerter	*Diligentemente, Sottilmente, Ingenioſamente.*
Splendide	*Splendidamente.*
Sponte	*Da ſe ſteſſo, Di propria volontà. Spontaneamente.*
Strictim	*Coſa per coſa.*
Strictè	*Strettamente.*
Simul, ac vel Simul atque,	*Subito che, Poi che.*
Subtiliter	*Sottilmente.*
Succincte	*Breuemente.*
Suppliciter	*Supplicheuolmente, Con preghiere.*

DE LITTERA T.

TAm	*Tanto.*
Tandem	*Finalmente, Vltimamente, Dapoi molto tempo.*
Tanquam	*Come, Si come.*
Triduo	*In tre dì, Per tre dì.*

Tum

Tum	*All'hora, Oltra di questo.*
Tandiu	*Tanto tempo.*
Tantopere	*Tanto gran tempo.*
Tantisper	*Tanto longo tempo.*
Tantundem	*Altretanto.*
Temere	*Pazzescamente, Sbardellatamente, Inconsideratamente.*
Titubanter	*Tremando.*
Tolleranter	*Con gran patientia.*
Tolluntim	*Di portante.*
Tractim	*Lungo tempo, Senza intermissione.*
Trans	*Da la Città, Da quì.*
Tunc	*All'hora.*
Tuto	*Sicuramente.*
Toties	*Tante volte.*

DE LITTERA V.

Valde	*Molto,*
Vbi	*Doue, Dapoiche.*
Velut, & veluti	*Si come.*
Videlicet	*Certamente verbi gratia.*
Vix	*A pena.*
Vix tandem	*Dopò molto tempo.*
Vna	*Insieme.*
Vnquam	*Per alcun tempo, [illegible] alcun tempo.*
Vt	*Volesse Iddio, Dapoiche, Subito, Incontinente, Acciochè.*
Vtique	*Come, certamente, sempremai.*
Vehementer	*Grandemente.*
Vicissim	*Hor l'vno, hor l'altro, vn poco per vno.*
Vsque adeo	*In tanto, Trà tanto.*
Violenter	*A forza.*
Viritim	*Huomo per huomo, à solo, à solo.*
Vltro	*Da se stesso, Spontaneamente.*

Vltro citroque. *De là, e de quà. Da l'vna, & l'altra parte.*
Vix tandem, *Doppo tempo assai.*

E CONIVNCTIONE

CONIVNCTIONES POTESTATIS copulatiuæ sunt.



T, Que, Atque, Ac, Quidem, quoque etiam, Item, At, Ast, Sed, Autem, Vero, copulant enim tam sensum, quam verba.

Continuatiuæ.

Si, Sin, Siue, Seu.

Subcontinuatiuæ.

Quando, Quoniam, Quandoquidem, Quia, Quatenus Quatinus.

Disiunctiuæ.

Ve, Eel, Aut, Siue, Sen.

Adiunctiuæ.

Cum, Si, Vt, Dum, Quatenus.

Causales propriæ.

Nam, Namque, Enim.

Aduersatiuæ.

Tamen, Quamquam, Quamuis, Etsi, Licet, Licebit, Saltem, Sed.

Distributiuæ.

At, Ast, Vero, Autem, Sed.

Discretiuæ, vel Electiuæ.

Quam.

Dubitatiuæ.

An, Ne, Nec, Nec ne.

Collectiuæ, vel rationales.

Ergo, Igitur, Itaque.

	Quibus studeant pueri.
Ac	*Et, Si come.*
Ast	*Ma.*
At	*Ma, Almeno.*
Atque	*Et Che.*
Atqui	*Ma certamente.*
Autem	*Ma.*
Alioqui	*Oltra di questo, Certamente.*
Dum	*Insinche. Quando, Purche.*
Donec	*Insinche.*
Equidem	*Certamente.*
Eatenus	*Intanto.*
Et	*Et, Ancora, Parte,* & tunc geminatur.
Etsi	*Per benche.* Quantunque, *Benche.*
Ergo	*Adunque*
Ideo	*Perciò, per tal causa.*
Immo	*Anzi, Più presto.*
Licet, Licebit,	*Benche.*
Pro in, Proinde,	*Perciò.*
Præterquam,	*Fuor che, eccetto che.*
Quandoquidem,	*Attesoche.*
Quatenus	*Quanto, Perche, A che fine.*
Quamquam, Etsi, Tametsi.	*Perbeuche, benche.*
Quantumcunque, Cum indicatiuo.	
Quamuis, Licet,	*Benche.* Cum subiunctiuo.
Quin	*Perche nò, Accioche nò.*
Quoque	*Ancora, Similmente.*
Quod	*Che, Mò.*
Sin	*Mà, sì.*
Siquidem	*Attesoche.*
Tamen	*Per tanto, Nientedimeno, Mà.*
Vætibi	*Guai à te.*
Vel	*Ouero, Ancora.*
Vero	*Mà, Certamente.*

Maxima notanda.

SI, iungitur cum indicatiuo, quando certitudinem, & rei veritatem induxit, Virg. in 6. Si potuit mane, arcessere coniugis Orpheus, & sic Cicero.

Sed quando induxit rem incertam, ancipitem, & impossibilem, tunc iungitur cum subiunctiuo, Teren. Tu si hic sis, aliter sentias.

Quanquam, Tametsi, & si in principio orationis ponuntur, & cum indicatiuo iunguntur.

Quamuis, & Licet, in media oratione, & cum subiunctiuo copulantur.

Exempla de Primo.

Perbenche t'hò scritto, per tanto non m'hai risposto.

QVANQVAM ad te scripsi, tu tamen non respondisti mihi.

De Secunda.

Perbenche l'hò detto, chi l'hà vdito?

Quamuis dixerim, quis audiuit? Reperitur tamen.
Quamuis cum indicatiuo.

VT, *che, accioche* iungitur cum subiunctiuo, vt *Io t'insegno, acciò impari.*
Doceo te, vt discas.

VT, *come*, iungitur cum indicatiuo, & quandoque cum subiunctiuo, vt

Io studio come tu.
Studeo, vt tu, scilicet studes.

Vt, *che*, Quando iungitur cum his verbis, scilicet Volo Mando, Iubeo, Præcipio, Impero, Exigo, Postulo, Peto, Oro, Rogo, Precor, Cupio, Opto, Desidero, & huius-

huiusmodi, semper iungitur cum subiunctiuo, vt
Io voglio che tu impari questo.
Volo vt discas hoc, & non quod.
Te comando che tu facci questo.
Præcipio, vt facias hoc: sed latinius te facere hoc, vel id abs te fieri.
SED quando iungitur cum Gaudeo, Lætor, Credo, Arbitror, Opinor, Puto, Voluptatem capio, Audio, Intelligo, Nosco, iungitur cum indicatiuo, & subiunctiuo, vt
Io me rallegro, che ami Antonio.
Gratulor quòd amas, vel ames Antonium.
Io penso che tu me obedisci.
Arbitror quòd mihi, obtemperas, vel obtemperes, rectius cum infinitiuo. vt arbitror te mihi obtemperare.
Dummodo, *purche* semper cum subiunctiuo iungitur, vt
Io te amarò purche studij.
Diligam te, dummodo studeas.
Donec, *infinche*, vt plurimum cũ subiectiuo iungitur, vt
Infinche che io viuo, studiarò.
Donec viuam, studebo.
Quam, *che*: dicitur cum in oratione fuerit plus, & minus, & maior, vel electio alicuius rei, vt
Io più scriuo, che leggo.
Ego plus scribo, quàm lego.
Io meno odo, che vedo.
Ego minus audio, quàm video.
Io più tosto pigliarò questo, che quello.
Ego potius id capiam, quàm illud.
E meglio andar alla scuola, che giuocare.
Præstare ire ad gymnasium, quàm ludere.

DE INTERIECTIONE.



EV est iteriectio, quia interijcitur alijs partibus orationis ad exprimendos animi affectus.

Significationes dolentis sunt.

Hei, Heu, Ah, Veh.

Gaudentis.

Euax, Vah,

Ad mirantis.

Papæ, Hem,

Expauescentis, vel Timentis.

Ast, at, Hei.

Deridentis.

Aha, Ahe, Ahu, Eh, ò Ehu.

Exclamantis.

Proh.

Blandientis.

Sodes, Amabo, Quæso, Obsecro.

Lugentis.

Heu, Hoi.

Vocantis.

Ehodum ad me, *Vien quì da me.*

Quibus studeant Pueri.

Heu, cum accusatiuo, vt.

Ohime meschino.

Heu me miserum, & cum nominatiuo, vt

Do antiqua fede.

Heu prisca fides.

Hei, & Vah, cum datiuo, vt

Oime, Hei mihi.

Guai à te.

Veh tibi.

DE

DE CONSTRVCTIONE.


Onstructio est debita partium orationis dispositio.

Constructioni accidunt duo, Concordantia, & Regimen.

Quotuplex est concordantia?

Triplex. Nominatiui cum verbo.

Adiectiui cum substantiuo, Relatiui cum antecedente.

Adiectiuum cum substantiuo in tribus accidentibus tenetur conuenire, scilicet in genere numero, & casu.

Nominatiuus cum verbo in duobus, in numero, & in persona.

Relatiuum cum antecedente in duobus, in genere, & numero, , & non in casu, quia relatiuum, & antecedens non reguntur ab vno eodemque verbo, nec in persona, quia relatiua sicut adiectiua carent persona, & antecedentis se persona induunt.

DE CONCORDANTIA, & examina Adiectiui cum Substantiuo.

I*L mariolo, astuto, e malitioso*.
Manticularius versutus.

La veste di scarlato.

Vestis purpurea.

L'opera degna.

Quæ concordantia est hæc? Adiectiui cum Substantiuo.

Ostende substantiuum? Manticularius.

Ostende adiectiuum? versutus.

Vtrum horum prius considerandum?

Substantiuum, postea vero adiectiuum.

 Quot,

Quot, & quæ ſunt conſideranda in ſubſtantiuo?

Tria, ſcilicet Genus, numerus, & caſus, & hæc eadem in adiectiuo.

Quare Manticularius eſt ſubſtantiuum? Quia habet vnum articulum.

Quod eſt nomen ſubſtantiuum? Quod vnum habet articulum, uel duos ad ſummum, vt hic Manticularius, & hic, & hæc homo.

Quare verſutus eſt adiectiuum: Quia variatur per tres diuerſas voces, vt verſutus, uerſuta, uerſutum.

Manticularius uerſutus quare concordat?

Quia manticularius eſt generi maſculini, numeri ſingularis, & caſus nominatiui.

Verſutus eſt generis maſculini, numeri ſingularis, & caſus nominatiui: ergo bene.

Manticularius eſt generis maſculini: quia declinatur per hic.

Eſt numeri ſingularis, quia ſingulariter profertur.

Eſt caſus nominatiui, quia in tali caſu declinando, reperitur, & eius ſenſum retinet, cum quo conſtruitur.

Verſutus cuius generis? Maſculini. Quia eſt prima uox nominis adiectiui trium uocum diuerſarum.

Secunda uox eſt fœminini.

Tertia uerò neutri.

Manticularius quæ pars orationis eſt? Nomen.

Quotuplex eſt nomen? Duplex. Adiectiuum, & Subſtantiuum.

Manticularius quare nomen eſt Subſtantiuum? quia unum habet articulum.

Quod ſubſtantiuum? Appellatiuum, quia cõuenit multis.

Quotuplex eſt nomen ſubſtantiuum? Duplex.

Proprium, & Appellatiuum.

Proprium eſt quod conuenit uni ſoli, ut Petrus Maria Florentia.

Appellatiuum eſt quod conuenit multis, ut magiſter,

homo

homo, tabula.

Versutus quale nomen est? Adiectiuum, quia variatur per tres diuersas voces.

Quotuplex est nomen Adiectiuum? duplex. Vnum quod variatur per tres diuersas voces. Alterum per tres articulos.

Quot modis potest discordare adiectiuum à substantiuo? Septem.

In Genere solum, vt Manticularius versuta.

In numero solum, vt Manticularius versuti.

In Casu solum, vt Manticularius versutum.

In Genere, & Numero simul, vt Manticularius versutæ.

In Genere, & Casu simul, vt Manticularius versutam.

In numero, & Casu simul, vt Manticularius versutos.

In Genere, & Numero, & Casu simul, vt Manticularius versutas.

Manticularius versuta discordat in genere, quia Manticularius est generis masculini, & versuta fęminini ergo male.

Manticularius versutum discordat in casu, quia Manticularius est casus nominatiui, & versutum accusatiui, ergo male, & sic dicitur de singulis discordantijs.

Il schiauo negro.

Mancipium nigrum.

Maria bella.

Maria pulchra.

Francesco dotto.

Franciscus doctus.

Hic Manticularius, Hic cuius generis? Nullius. Quia omne id, quod est signum generis, non est alicuius generis.

Quid est genus in nomine? Est exploratio sexus, quæ fit per vocem carentem genere, nam illa vox non est genus, sed id, quod per eam intelligimus.

DE

DE CONCORDANTIA
Nominatiui cum verbo.

EGo laudo, quæ concordantia eſt hæc? Nominatiui cum verbo.

Oſtende nominatiuum? Ego, quia, in tali caſu declinando reperitur.

Oſtende verbum? Laudo, quia cum modis, & temporibus eſt ſignificatiuum agendi.

Ego laudo concordant? concordant, quia ego eſt numeri ſingularis, & perſonæ primæ.

Laudo eſt numeri ſingularis, & pſonæ primæ, ergo bene.

Ego, quare eſt numeri ſingularis? quia ſingulariter profertur.

Quare eſt perſonæ primę: quia omnia nomina, & pronomina ſunt tertiarum perſonarum, exceptis ego, ꝙ eſt perſonæ primæ, & tu ſecundæ, & vocatiuis caſibus aliorum qui ſunt perſonæ ſecundæ.

Laudo quare eſt numeri ſingularis? quia ſingulariter profertur.

Quare eſt perſonæ primæ? quia eſt prima vox verbi habentis tres perſonas.

Laudas eſt ſecundæ, quia ſecunda vox verbi.

Laudat eſt tertiæ, quia eſt tertia vox verbi, & ſic in plurali.

Quare laudo eſt prima vox verbi? quia prima eſt in ordine.

Quot modis poteſt diſcordare nominatiuus à veɼbo? tribus,

In numero ſolum, vt ego laudamus.

In perſona ſimul, vt ego laudas.

Quare ergo laudamus diſcordat in numero ſolum?

Quia ego eſt numeri ſingularis, & laudamus pluralis, ergo male.

Ego

Ego laudas diſcordat in perſona ſolum. quia ego eſt perſonæ primæ, & laudas ſecundæ, ergo male.

Ego laudatis diſcordat in numero, & in perſona, quia ego eſt numeri ſingularis, & perſonæ primæ, laudatis eſt numeri pluralis & perſonæ ſecundæ, ergo male.

DE CONCORDANTIA
Relatiui cum antecedente.

PHILIPPVS qui, quæ concordantia? eſt hęc? Relatiui cum antecedente.
Vbi eſt antecedens? Philippus.
Vbi relatiuum? qui.

Relatiuum cum antecedente in quot accidentibus debet concordare? in duobus: In genere, & numero.

Philippus cuius generis? Maſculini, quia declinatur per Hic.

Qui cuius generis? Maſculini, quia eſt prima vox relatiui.

Philippus cuius numeri? Singularis, quia ſingulariter profertur.

Qui eſt ſingularis, quia ſuum antecedens eſt numeri ſingularis, vel quia ſingulariter profertur.

Quot modis poteſt diſcordare relatiuum ab antecedente? Tribus.

In genere ſolum, vt Philippus quæ.

In numero ſolum, vt Philippus quos.

In genere, & numero, vt Philippus quas.

DE REGIMINE SEX PARTIVM Orationis.



SEx ſunt partes orationis, quæ caſus exigunt à tergo, quas inter,ſolum verbum à fronte, & à tergo caſus requirit.

De regimine nominis.

Nomen poſt ſe quatuor caſus depoſcit, diuerſa tamen ratione ſcilicet.

. Genitiuum, Datiuum, Accuſatiuum, & Ablatiuum.

Genitiuum vbicunque poſt ſubſtantiuum ſequuntur De, *Delli, Dello, Della*, & plurali *Delli, Delle, & ſimili*, vt.

La Grammatica del Caſaro. Caphari Grammaticè.

Quoties verò laudis aliquid, vel dedecoris cuipiam tribuitur, Genitiuo, vel Ablatiuo vtimur, vt.

Il fanciullo di bello ſpirito. Puer optimi ingenij, vel optimo ingenio.

Vn giouane di buona gratia. Bonæ indolis, vel indole adoleſcens.

Vna donna sfacciata, è ſenza vergogna, Mulier perfrictæ frontis, vel perfricta fronte.

Sunt aliqua adiectiua, quæ Genitiuum quoq; ſibi aſciſcunt præſertim cum ſignificant copiam, deſiderium, notitiam,& his contraria: vt Expers belli, Peritus, rerum, Patiens inedię, ſic quoq; Partitiuè, & Diſtributiuè collectiuè. Item nomina ex participijs facta, & numerum ſignificantia, vt pars ciuium, amans patrię; item adiectiua in ſubſtantia verſa, vt quantum olei. Genitiuum vel Datiuum recipiunt, Nomina cognationem, Amicitiam, Vicinitatem, & huiuſmodi ſignificantia, ut Affinis, Similis, Communis, Amicus, Intimus, Vicinus, propinquus, conſcius, conformis, conter-

ter-

terminus illius, & illi.

Datiuum tantum postulant, quę commodum, aut incommodum significant, voluptatem, gratiam, & ijs contraria, vt Fidus amico, Perfidus Regi, Omnibus Acceptus, suis malus, Alienis bonus. item verbalia in lis, & in dus, vt flebilis, & amandus omnibus.

Accusatiuum sibi vendicant, quæ dimensionem significāt, & mensuram, vt Altus tres palmos, longum sex pedes, Latus tres digitos, & etiam cum ablatiuo, tribus digitis.

Ablatiuum sine præpositione exigunt, vt Contentus paruo, Præditus virtute. Dignis honore.

Ablatiuum cum præpositione vt, Alienus à literis: Diuersus à sententia. Alter ab altero, Pudica à me: *In quanto à me ella è casta*.

DE REGIMINE VERBI A PARTE POSTERIORI.

VErbum deposcit à tergo quinque casus, Nominatiuum, Genitiuum, Datiuum, Accusatiuum, & Ablatiuum, Diuerso respectu.

Nominatiuum, verba similium copulatiua, & Vocatiua deposcunt, vt Sum Pius, Vocor Aeneas.

Genitiuum verba pretium significantia, vel sub ratione pretij, vt Tanti, Quanti: vt Quanti pransus es? *Quanto hai pagato del tuo desinare?* Quanti constant tibi semel duodeni panes? *Quanto ti costa vna donzena de pani?* pluries liceor, quam quanti est, *Vene offerisco più, che non vale*. Item cum Sum, es, est, dicitur etiam quanti precij, pluris precij.

Præterea Verba, quæ culpam, crimen, pęnamuè significant, & Accusationem, vt in Regulis.

Datiuum requirunt verba, à quibus acquisitionis aliquid boni, maliuè, commodi, aut incommodi suboritur, vt

Mihi

Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: *In queſto io non vi faccio guadagno alcuno*. Si peccas, tibi peccas, *Se fai male il ſai à tuo danno*.

Accuſatiuo gaudent Actiua verba, quæ à Nominatiuo rei agentis, in Accuſatiuum rei patientis feruntur, vt Amo Titum.

Actiua dico quæcunque ex omni genere actionem ſignificant, vel ſi verba ſpatium notent, vt ab vrbe abeſſe mille paſſus. Cic. pro Seſt. item pro Deiotaro: nam que à te pedem diſceſſi.

Ablatiuum requirunt à tergo, vel octauum caſum omnia Paſſiua, & ſic ab hoc participia, quibus magis octauus caſus congruit, vt Dilectus mihi, Cognitus illis & vltra ablatiuum ſine præpoſitione, verba ſignificantia copiam, inopiam, & vſum, vt impleo, onero, abundo.

Intelligo paſſiua, quæcunque verba Paſſionem ſignificant.

Quoties ſignificamus QVANTVM temporis vtimur Accuſatiuo. Si vero QVANDO, vtimur Ablatiuo, vt Studui annum: & dormiui tota nocte.

Item ſunt ſex Ablatiui ſine præpoſitione.

Inſtrumentalis.

Cauſalis.

Finalis.

Temporalis.

Materialis, &

Septimus caſus.

Participia à tergo conſtructionem ſuorum verborum ſeruant.

DE REGIMINE Præpositionis.

PRæpositio duos casus. Accusatiuũ scilicet, & Ablatiuum deposcit, vt Ad te, & Pro te venio. Animaduertendum est, quod in ancipiti Præpositione, vbi Motus, vel Diuisio, vel mutatio intercesserint, Accusatiuus tribuitur, vbi vero Satus. Ablatiuus.

DE REGIMINE ADVERBII.

ADuerbium quinque casus sibi vendicat scilicet Nominatiuum, Genitiuum, Datiuum, Accusatiuum, Ablatiuum.

Aduerbia Demonstrandi, Nominatiuum, & Accusatiuum requirunt, vt En Improbitas, En quatuor aras.

Exprobandi tantum Accusatiuum; vt En astutias.

Aduerbia Temporis Genitiuum, vt Tunc Temporis, Interea loci. Pridie eius diei, Sed pridie & Postridie etiam cum Accusatiuo.

Dicitur Parum vini, & non Parumper, contra vero Mane parumper, & non paulisper, & non parum.

Cum genitiuo quoque construuntur Aduerbia loci, vt vbi vis gentium; sic & Quantitatis, vt multum vini, Parum olei.

Datiuum accipiunt, vt venit obuiam illi, Aduerbia comparatiua Ablatiuum exigunt: vt Melius te, Plus quingentis colaphis.

DE REGIMINE Interiectionis.

INteriectio quatuor casus exigit, Nominatiuum scilicet, Datiuum, Accusatiuum, & Vocatiuum, vt O magna vis veritatis. Proh dolor cum nominatiuo.

O in-

O insignem impudentiam, O me miserum cum Accusatiuo. Item Proh Deum atque hominum fidem. Heu stirpem inuisam. O Pamphile salue cum Vocatiuo. Hei mihi, Ve tibi, cum Datiuo.

INTERROGATIONES IN STRVctura Latinæ Orationis, Grammaticam profitentibus pernecessariæ, Breui hoc dialogo complexæ.

DISCIPVLVS, ET PRAECEPTOR.

D. Rogo Solertissime Præceptor ni graue tibi fuerint, atque molestum, vt ea à me solertia, atque studio, quo tuo de more soles, aliquid percuncteris de structura orationis, Thema aliquod mihi dictando, vt quid sciam ne sciam vè facillimè conijcias.

P. Iniquum sanè foret, & immane quidem quod æquis præcibus à me poscis, illud tibi negare velle. Quare primo hoc tema sedulò componas.

Tu del quale io dico bene à tuo padre, te lodi del maestro à tutti.

D. Tu, quem ego commendo apud Patrem tuum, agis gratias præceptori apud omnes.

P. Quæ pars est Grammatices hoc Thema?

D. Oratio.

P. Quid Grammatica?

D. Est ars rectè loquendi, rectèq; scribendi, vsu, ratione, & auctoritate constans.

P. Quot sunt partes Grammaticæ?

D. Quatuor litera, vt C, Sillaba, vt Ca, Dictio, vt Capharus, Oratio, vt Capharus docet Venetijs.

P. Quid est Oratio.

D. Est

D. Est congrua dictionum ordinatio, congruam perfectamque sententiam demonstrans.

P. Quot partibus orationis constat oratio?

D. Octo, Nomine, Verbo, Participio, Pronomine, Præpositione, Aduerbio, Interiectione, Coniunctione.

P. Harum partium orationis quæ sunt principales?

D. Nomen, & Verbum.

P. In structura orationis quot potissimũ sunt cõsideranda?

D. Tria, Concordantia, Regimen, & Delectus, quibus perfecta constat oratio.

P. Quid est concordantia?

D. Est orationis partium inter se certus in aliquot accidentibus suis consensus.

P. Quotuplex est concordantia?

D. Triplex, Adiectiui cum substantiuo, Nominatiui cum verbo, Relatiui cum Antecedente, vt de his dictum est in maioribus.

P. Quid est regimen?

D. Quod vnicuique orationis parti secundum exigentiam suam competit.

P. Quot partes orationis casus exigunt à fronte?

D. Vna scilicet Verbum.

P. Quot à tergo?

D. Sex, nomen, Verbum, Participium, Præpositio, Aduerbium, Interiectio: de quibus in sintaxis orationis disputandum est.

P. E partibus orationis quæ potissimum perspicienda est in structura orationis,

D. Verbum.

P. Quot potissimum sunt in Regimine verbi consideranda?

D. Duo Genus verbi, (& hoc tripliciter vt inferius patebit) tum Agens, & Patiens.

P. Quot sunt in verbo consideranda?

D. Quatuor, Genus, Constructio, Significatio, & Vox.

P. Quotuplex est Genus verbi?

D. Duplex: Personale, & Impersonale.

P. Quoniam de Impersonali in suo loco differetur, Quod est verbum personale?

D. Quod certos numeros, certasq; personas continet, & ante se nominatiuũ tacitè vel expresѕè semper exigit.

P. Vbi orationis delectu vtimur.

D. Quoties quod latinorum actorum vsus comprobat, illud in oratione seruamus, vt Ago gratias, & non Facio, & contra, Facio te certiorem, & non ago.

P. Tu quem ego commendo apud patrem tuum, &c. ostende rogo concordantia, & regimina?

D. Tu quem, est concordantia Relatiui cum antecedente, Ego commendo est concordantia Nominatiui cum verbo; patrem tuum, est concordantia Adiectiui cum substantiuo, & sic de singulis.

Regimen est primum in verbo principali, quod est agis, quod regit Nominatiuum à fronte, qui est tu, A tergo accusatiuum patientem, qui est gratias, vltra datiuum, qui est præceptori, qui neque agens, neque patiens, & ita de singulis verbis sentiendum est.

P. Vbi est verbum principale in hac oratione?

D. Agis.

P. Quare est verbum?

D. Quia cum modis & tẽporibus est significatiuũ agendi.

P. Quare verbum?

D. Personale.

P Quare personale.

D. Quia nominatiuum habet à fronte, qui est certæ personæ certique numeri.

P. Quare Personale?

D. Actiuum.

P. Quare Actiuum?

D. Quia desinens in o, format ex se passiuum in or.

P. Quare actiuum?

D. Ac-

D. Acquisitiuum.

P. Quare Acqusitiuum?

D. Quia vltra exigit datiuum ex natura acquisitionis.

P. Quæ nam est summa constructionis actiuorum?

D. Exigere à fronte nominatiuum agentem, à tergo vero accusatiuum patientem.

D. Quod est agens?

P. Quod agit, & à quo agitur, vt Io leggo, *Da me si legge.*

P. Quod est patiens?

D. In quod transit actus: vt *Io leggo Cicerone.*

P. Num idem sit patiens, & eadē ratione in verbo actiuo?

D. Minime: quoniam in possessiuo, Acquisitiuo, & Separatiuo patiens vt plurimum est minus dignum.

In transitiuo vero, & effectiuo plerunque patiens est magis dignum, vt est animatum, vel continens.

P. Quorsum est operæ pretium hæc nosse?

D. Quoniam solum agens, & patiens actiuorum simulatq; cognita fuerint, mutantur in passiuo?

Vlteriores vero casus, qui non sunt agentes, neque patientes nusquam mutantur, sed ijdem remanent.

P. Quot sunt ordines actiuorum?

D. Sex. Simplex, vt Commendo Iacobum.
Io dico bene di Giacomo.

Possessiuus, vt Arguo te indignitatis.
Io ti riprendo di bestialità.

Acquisitiuus, vt Commodo tibi Cymbam.
Io ti seruo della Gondola.

Transitiuus, vt Doceo te Grammaticam.
Io ti insegno di Grammatica.

Effectiuus, Euacuo horreum frumento.
Io voto il grano dal granaio.

Separatiuus, vt accepi litteras à Capharo.
Io hò riceuuto littere dal Cafaro. Qui ordines singuli distinguuntur casibus vlterioribus.

P. Sub quo genere constructionis est hæc oratio?

D. Sub genere constructionis transitiuæ.

P. Quid est constructio?

D. Est congrua orationis partium dispositio in ipsa oratione.

P. Quotuplex est constructio stricto modo?

D. Quatruplex.

Transitiua, vt colo Deum.

Intransitiua, vt dormio.

Reciproca, vt iacto me.

Retransitiua, vt Amo te, qui amas me.

P. Agis, quem casum regit à fronte?

D. Nominatiuum.

P. Vbi est? D. Tu.

P. Vnde regitur?

D. Ab hoc verbo Agis.

P. Ex qua parte?

D. Anteriori.

P. Ex qua vi?

D. Rei agentis.

P. Agis post se quem casum exigit?

D. Accusatiuum.

P. Vbi est accusatiuus?

D. Gratias.

P. Gratias cuius casus?

D. Accusatiui.

P. Vnde regitur?

D. Ab hoc verbo Agis.

P. Ex qua parte?

D. Posteriori.

P. Ex qua vi?

D. Rei patientis.

P. Quem ego commendo, quem, quæ pars est?

D. Nomen.

P. Quale nomen?

D. Relatiuum, quia refert rem ante latam.

P. Tu quem: quæ concordantia est hæc.

D. Re-

D. Relatiui cum antecedente, reliqua vt supra.
P. Quem cuius generis?
D. Masculini, quia est prima vox relatiui.
P. Contra cum quis sit prima vox, & non qui, cum dicatur Quis vel qui, quæ quod vel quid.
D. Quis stat interrogatiue, vel infinitiue, vel admiratiue & non relatiue, cum Qui, quæ quod sit relatiua.
P. Quare suum antecedens Tu, est generis masculini?
D. Quia cum sit omnis generis de digniori quod est generis masculini per Antonomasiam intelligitur.
P. Quem, cuius numeri?
D. Singularis, quia singulariter profertur.
P. Quem cuius casus?
D. Accusatiui, quia in tali casu declinando reperitur.
P. Quare, Tu quem, non concordat etiam in casu.
D. Quia Relatiuum, & Antecedens non reguntur ab vno, & eodemque verbo.
P. Quem, vnde regitur?
D. Ab hoc verbo commendo.
P. Ex qua parte?
D. Posteriori.
P. Ex qua vi?
D. Rei patientis.
P. Ego commendo, quæ concordantia est hæc?
D Nominatiui cum verbo.
P. Ostende Nominatiuum?
D. Ego, quia in tali casu declinando reperitur.
P. Ostende verbum?
D. Commendo, quia cum modis, vt supra.
P. Diceretur ne bene, cuius ego commendo?
D. Non quoniam discordaret in regimine verbi, à parte posteriori.
P. Apud tuum patrem cuius casus?
D. Accusatiui. P. Vnde regitur?
D. Ab hac præpositione apud, à parte posteriori.

P. Præpositio quos casus exigit à tergo?

D. Duos, scilicet Accusatiuum, & Ablatiuum.

P. Hic pater tris, hic cuius generis?

D. Nullius, quia omne id quod est signum generis, non est alicuius generis.

P. Quid est genus in Nomine?

D. Est exploratio sexus, quæ fit per vocem carentem genere, nam illa vox non est genus, sed id, quod per eam intelligimus.

P. Satis de his sit nobis dictum hactenus, in hoc enim ingenij tui pespicacitatem noui, & quantum profeceris satis superq; vidi. Reliquum est, vt nulla ab hisce te studijs voluptas auocet, nullus te ludus abducat, nulla cuiuspiam consuetudo retardet, Perge igitur vt cæpisti teque in dies solertiorem præbeas.

DE CONSTRVCTIONE
Verborum personalium.

OMne verbum Personale habens numeros & personas distinctas, nominatiuum exigit à fronte tacitè, vel expresse.

Verbi personalis quinq; sunt genera.

Actiuum, Passiuum, Neutrum, Deponens, & Commune.

Omne verbum actiuũ desinens in o, & formans ex se passiuum in or à fronte nominatiuũ agentem exigit, à tergo verò accusatiuũ patientẽ asciscere sibi potest, & iuxta vlteriores casus, quoti sit ordinis facilè distinguitur.

Actiuum verbum discernitur à Passiuo in vernaculo sermone, quod passiuum semper habet vulgare verbi, Sum, es, est, vel Se in tertijs personis cum articulo, vt plurimum da, vt *Se ama da me la virtù*.

Sum, *Io sono*. Amor, *Io sono amato*.

Eram, *Io era*. Amabar, *Io era amato*.

Fui, *Io fui*, *& son stato*. Amatus sum vel fui, *Io fui*, *& son stato amato*.

Fue-

Fueram, *Io era stato*. Amatus eram vel fueram, *Io era stato amato*.

Ero, *Io sarò*, Amabor, *io sarò amato*, & sic per omnes modos, & tempora, actiuum verò non est eiusmodi.

Actiuum à Neutro discernitur, quod in actiuo potest fieri conuersa locutio ad hominem in prima, vel secunda persona sumpta r, littera, vt.

Io amo Titio, Io son amato da Titio. Amo Titium.

Amor à Titio, quod non fit in neutro, vt

Io dormo, Io son dormito, & sic in cæteris neutris præter quam in acquisitiuo, in quo est exceptio, quam quæque regula patitur.

Actiuũ simplex diiudicatur à ceteris casib. vlterioribus.

ORDINES VERBORVM

Actiuorum sunt sex.

Simplex, vt Audio Capharum, *Io oda il Cafaro*.

Possessiuum, vt Quanti emisti librum? *per quanto hai comprato il libro*.

Acquisitiuus, vt Dono tibi chirothecas, *Io ti faccio vn presente delli guanti*.

Transitiuus, vt Doceo te literas, *Io ti insegno lettere*.

Effectiuus, vt Exonero asinum lignis, *Io scarco le legne dell'asino*.

Separatiuus, vt Expello malos è gymnasio, *Io discaccio li tristi dalla scola*.

Non sunt plures, neque pauciores quia totidem sunt casus nominũ, ad quorũ numerũ sunt cõstituti, quibus vltra primũ accusatiuũ cõstruũtur, erit igitur simplex.

Nominatiui loco, vt *Il Capharo non hà paura di maldicenti*, Capharus non timet detractores.

Genitiui, vt Quanti te docet Capharus? *per quanto t'insegna il Capharo*.

Datiuo, vt Debeo tibi solidum. *ti deggio dare vn soldo*.

Accusatiui, vt Celo te pauca, *Io ti nascondo poche cose*.

Vocatiui cuius loco vtimur Ablatiuo sine præpositio-

ne, vt Orno, te beneficijs, *Io ti faccio del bene*.
Ablatiui cum præpositione: vt Accepi litteras à Titio; *Hò riceuuto vna littera da Titio*.

DE VERBIS ACTIVIS, & quoniam modo alterum ab altero diiudicetur.



Simplex erit, si verbum vno tantum casu posse contentum fuerit, vt *Io dico bene di Marco*: Commendo Marcum.
Possessiuum, vbi fuerit pretium tacitum vt tanti, quanti, vel expressum vt duobus: & tribus solidis, vel culpa fuerit, vt pęna crimenue, vt
Come vende l'oua? doi per vn soldo. Quomodo vendis oua? bina solido.
Io ti riprendo d'ignoranza:
Increpo te inscitiæ.
Acquisitiuum: Quoties cuique acquisitiuo cuiusq; rei orientur, vt
Tu mi serui della veste:
Tu commodas mihi vestem.
Transitiuum, vbi transitus à re ad rem diuersam fiet, vt
Il Casaro c'insegna l'arte oratoria. Capharus docet nos artem oratoriam.
Effectiuum, vbi intercesserint, vt plurimum vtensilia, & materialia, vt
Il seruo vota il vino da li fiaschi.
Famulus euacuat œnophora vino.
Separatiuum, vbi fuerit separatio ab vno ad alterum, vt
La massara caua il vino dalle botte. Ancilla haurit vinum è dolio.

DE

DE ORDINIBVS Verborum Actiuorum.

Simplex ordo verborum actiuorum exigit à fronte Nominatiuum agentem, à tergo vero Accusatiuum patientem.

Dicitur Simplex, quia Nominatiuo, & Accusatiuo simpliciter gaudet, vt

Io dico bene de i virtuosi.

Ego commendo officiosos.

Amo as aui atum *per amare, & esser inamorato.*

Diligo is exi ectum *per voler bene, & portare affettione.*

Cõmẽdo as aui atum *per lodar, & dir bene.*

Æstimo as aui atum *per farsi conto, e stima.*

Negligo is exi ctum *per farsi beffe.*

Torqueo es si tum *per tormentare, & dar della fune.*

Fastidio is iui itum *per hauer in fastidio, & à schifo.*

Fastidio semper agens illatum requirit. Hor. in Sem. Fastidis omnia.

Exilaro as aui atum *per allegrare.*

Honoro as aui atum *per honorare.*

Verbero as aui atum *per battere.*

Frigefacio cis eci ctum *per raffreddare.*

Calefacio ci eci ctum *per scaldare.*

Perspicio cis exi ctum *per accorgersi, & auedersi.*

Delecto as aui atum *per dilettare.* Vnde Delector passiuum Cic. in Bruto. Cùm à malo delectatur, & cum Septimo quoque casu.

Iuuo uas iuui utum *per giouare.*

Appello las laui latum *per chiamare à corte.*

Duco is xi ctum *per guidar, & menare.*

For-

Formido das aui tum, *per hauer paura*.
Terreo es rui tum, *per far paura*.
In odium habeo es bui tum, *per hauer in odio, & odiare.*

Quibus studeant pueri.

Moleste fero fers tuli latum, Aegrefero, Grauiter fero, *per hauer à male, à noia, & rincrescimento.*
Occido is di, Interimo is, Neco as, Interficio is, *per ammazzare.*
Trucido as, Obtrunco as, *per tagliare à pezzi.*
Verto is, Voluo vis vi, *per riuolgere.*
Vunero as, Ferio is, Percutio is, *per ferire, & percuotere.*
Fero fers, tuli, latum, *per portare, produrre, patire, sopportare, desiderare, & dire.*
Aspicio cis xi, cerno is, Video es, *per vedere, e riguardare.*
Sperno is spreui, Despicio is, Contemno is, psi, *per dispregiare, & non degnarsi.*
Derelinquo is, Desero is, Destituo is, *per abandonare.*
Congero is, Congrego as, Coaduno as, Colligo is, *per radunare.*
Reficio is, Instauro as, Reparo as, *per risare, & acconciare.*
Odi disti dit, *per odiare, & per portar odio.*
Rego is, Guberno as, Administro as, *per reggere, & gouernare.*
Perficio cis, Compleo es, Absoluo uis, Finio is, *per compire, & finire.*
Nosco scis, Cognosco is, Agnosco is, Nouisti, *per cognoscere.*
Incipio is, incoho as, Initio as, Cępi pisti, *per incominciare.*
Occipio is, *per cominciar da capo.*
Opto tas, Cupio is, Desidero as, Exoptu as, Appetto is, *per desiderare, & hauer voglia.*
Mitigo as, Placo as, Paco as, Lenio is, *per mitigare.*
Facio is, Ago is, egi, *per fare.*
Inuenio is, Repero is, reperi, Comperio, *per trouare.*
Ingulo las aui *per scannare.*

Ti-

Timeo es, Metuo is: Formido as, *per hauer paura, & temere.*
Voco as, Appello as, Nomino nas, *per chiamare, & nominare.*
Præfinio nis ui, *per assignare luogo. tempo, & occasione.*
Diffinio is, Definio is, *per diffinire, & dichiarare.*
Aboleo es, *per annullare, e cessare.*
Accerso is iui, *per andar a chiamare.*
Acumino as, Acuo is, *per accuzzare, & acuire.*
Adaquo as aui, *per abbeuerare.*
Dimitto is isi, *per licentiare, & dar licentia.*
Admitto is isi *per riceuere, & accettare.*
Hieronymi Caphari Anguineum Car. Ad Franciscum Poetam egregium.

Mittendo versus Ignotum noscere lætus.
Commendat poteris nomine sæpe tuo.
Vates innumeros facie studiosus amicus.
Franciscum Venetum versibus ipse φιλ.

Andreas Contarenus patritius Venetus.
Ad Iotarium.

Carmen hoc vtrinque sensum habes,sed diuersum.

Doctus non infans verax non haberis
Qui laudes nunquam crimina nempe meres.

Te decoras pietas, nunquam fallacia pernix.
Namque pijs charus, nec scelus esse cupis
Diligeris iustis non es tu inuisus honestis
Quippè fide seruis nec petis ipse probos
Carmina si vertas facile cognosceris ipse
Te qualem deceat, carmina recta mouent.

De vsitationibus Carminum generibus, & eorum nomen elaturis pro fueris sit latis dictum.

DE ARTE METRICA

COMPENDIOLVM.



Itteræ latinæ sunt vigintiduæ. A, b, c, d, e, f, g, i, i, i, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, u, x, z.
Hæ scinduntur in vocales, & Consonantes.
Vocales sunt quinque, A, e, i, o, u.
Consonantes sunt decem, & septem. B, c, d, f, g, i, l, m, n, p, q, r, s, t, u, x, z.
Harum liquidæ sunt quinque. L, m, n, r, s, sed L, & R, potissimum vtimur.
Mutæ sunt octo. B, c, d, f, g, p, q, t,
Duplices sunt duæ x, & z.
Diphthongi sunt quinque, Ae, Oe, Au, Eu, & Ei, quæ græca est, vt Treis.
Omnis syllaba, aut est prima, aut media, aut vltima, aut lõga, aut breuis, aut communis, vt arma.
Arma, quota est? prima? quanta? longa? positione r, & m.

DE PRIMA SYLLABA.

Prima syllaba nascitur octo modis.
Positione, quæ longam facit syllabam, quæ fit tribus modis.

Primò, si post vocalem, duæ pluresve sequuntur consonantes vt arma.

Secundo si sequatur consonans duplex, vt sunt x, & z, vt axis, & gaza.

Tertiò, si I fuerit inter duas vocales, vt aio. Maior.

Compositione quando simplex componitur. vt lego, per lego, Mitis, Immitis.

Deriuatione, vbi tanta est deriuatiua dictio, quanta primitiua, vt amo, prima breui, sic amor, amicus, & similia. primam breuiant, deriuatione ab amo, sed habet aliquas exceptiones, vt in Metro patet.

Diphtongo, quæ ferè semper producitur, vt Cęlum.

Præpositione, hæc tanta est in simplici, quanta in composito, vel tanta in appositione, vt A, longa est, quanta in compositione, vt amaueo, auerto.

Vocalis ante alteram vocalem in latinis dictionibus semper corripitur. vt meus, tuus. nisi in dius, dia, dium, & fio, quæ longatur, nisi r, sequatur, vt fierem, fieri.

Exemplo, cum cæteris deficientibus regulis, ad probatissimos Poetas confugimus, ut virum producit primam, vt Arma, virumque cano.

Regula, qua omne præteritum, & supinum bisyllabum producit primam, vt legi, vidi, motum, visum, præter bibi, fidi, scidi, tuli, dedi, & steti, sic rutum, ratum, satũ, patum, & similia. Item omne præteritum geminatum corripit primam, vt pepuli, fefelli.

DE MEDIA SYLLABA.

MEDIA syllaba est, quodcunque inter primam, & vltimam syllabam continetur, vt Carmina virtutibus.

Hæc cognoscitur, septem regulis.

Positione, quæ semper est longa, vt Capillus, Metellus.

Diphthongo, vt comædia.

Vocali ante alteram Vocalem in latinis dictionibus quæ

breuis est, vt gloria, Filius, præter vnius, solius, ipsius, nullius quæ sunt Communia.

Accentu, q duplex est Breuis vt tabula, longus vt natura.

Diminutione, si imminuendo, antepenultima syllaba fiat penultima, vt amauerimus, amauerim, Carminibus, Carmina, perlegerunt, perlegi, sic etiam confugiendo ad primitiuum ex deriuatiuis plurisyllabis. vt Victorius; to, cernitur productum in victoris, si Iustinianus in Iustinus.

Regula, qua tribus modis cognosci potest syllaba.

Primo.

A, e, o, in casibus crescentibus producuntur, vt mularum, diebus, dominorum.

I, & u, corripiuntur, vt manibus, verubus, excipiuntur, samnitis, telluris & huiusmodi.

A, e, in verbis crescentibus producuntur, vt amemus, doceamus, præter damus, dabam, dabo cum compositis. Item amemos, docemus producuntur, sed e frequẽter, in deriuatiuis à præteriti, corripitur vt amaueram, amauero.

Supina in atum, & itum, à præteritis perfectis in aui, & iui producuntur penultima. vt amaui, amatum, cupiui, cupitum, sic petitum, sepelitum. Sic, I, in compositione, mediam corripit, vt agricola, ensifer. sed in verbis quartæ coniugationis in præsenti indicatiui modi producitur, vt auditis.

O, producitur, vt amatote & legitote.

Exemplo, cum nulla alia succurit regula, tunc poetarum. Exemplo vtimur, vt matutinus. tu longa est, exemplo.

De vltima syllaba.

Vltima syllaba cognoscitur tribus modis, positione, Diphthongo, & Regula.

Positione, vt amant, aiax, vt in prima syllaba diximus.

Diphthongo, vt Musæ; Theseus.

Regula

Regula qua,quæ, sunt vltimæ producendæ quæ vt corripiendæ, liquido patet.

De vltimis producendis.

A, finita producuntur,præter causalia, exceptis Ablatiuis & vocatiuis, a nominibus in as, vt a poeta,o ÆNEA, in ginta,vt triginta sunt communia, & in ginta vt quadringenta breuia.

C, finita producuntur ; vt alec, dic,excipe lac.nec,donec hic pronomen commune, hic aduerbium producitur.

I,finita producuntur. vt pani,dixi, exceptis mihi,tibi,sibi, vbi,& ibi,quæ primam breuem & vltimam communē habent,Item breuiantur nisi, & quasi & datiui, & vocatiui,a nominatiuis græcis in Is,vel As,vt Daphni,palladi.& Daphnis,& pallas,breuiantur.

N,finita producuntur, vt Non, præter accusatiuum græcorum in an,vel in, vt Iphigenian, Prochin.Idē in on, vt Pelion. Item natura corripientia penultimam genitiui crescentis,vt carmen.breuiantur quoq; forsan,forsitan,in,vel an,viden,satin,& huiusmodi.

As finita longa sunt, vt amas, musas, excipe græca,quorū genitiuus singularis terminatur in as, vt Pallas. Item excipe accusatiuos plurales græcorum in as, vt Virg. Aonas in montes vt duxerit vna sororem, Cycladas, & similia.

Es,finita producuntur, vt patres doces exceptis corripiētibus penultimam genitiui crescentis, vt miles, eques, & huiusmodi. ab his excipe cespes cum compositis, sic paries.aries,& quæ habent in an,& es,quæ breuiantur. Item corripe pimpliades,arcades,aonides,&c.

Os finita longa sunt,vt doctos,heros exceptis græcis neutris vt argos, os,ossis, sic compos & impos & genitiuis græcorum in os à nominatiuis in as breuiantur vt pallados, chaos.

us, vt mus, rus, fus. Item producentia penultimam genitiuis crescentis, vt virtus. Item producuntur genitiui sing. quartæ, declinationis, & eiusdem nominatiui, accusatiui, & vocatiui plurales, vt manus.

De communibus syllabis.

Syllaba fit communis, si post vocalem sequatur muta, deinde liquida, vt patres, vbi pa communis, est. sic Cyclops, catedra, tenebræ, latebræ. quæ in soluta oratione, breuiantur, vel si syllaba in vnam desinat consonantem, vbi fit pentimemetis, quando post duos pedes, & emis, syllaba breuis producitur, vt

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

vel fit eptimemetis quæ fit post tres pedes, & semis, vt

Cum muros arcemque procul & ara domorum. sic quoque cum vocalis sequitur diphthongum. vt musæ, Aonidos, vbi longa est, insulæ Aonio in magno, quas dira Celeno. Virg.

Stiptibus duris agitur: sudibusue præustis.

Item cum nudas vocalis, vocalem sequitur, vt o Ego infelix, vbi lunga est.

De carmine exametro.

Carmen exametrum constat sex pedibus. f. Dactylis & spondeis, vt

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlisses.

Dactylus constant tribus syllabis prima longa, & duabus breuibus, vt carmina.

Spondeus duabus longis. vt fęlix.

Hi pedes sic distribuuntur, quintus locus dat dactylo, sextus spondeo, reliqui sunt communes, vt libitum fuerit.

De carmine pentametro.

Carmen pentametrum constant quinque pedibus. f. dactylis, & spondeis, quatuor integris, & vno conciso quod si ex duabus syllabis, vt Nil mihi rescribas attamen ipse veni.

Hic

HIERONYMI CAPHARI ENCHIRIDION DE ORTOGRAPHIA.



Orthographia est Syllabarum, ac Dictionum recta scriptura, pro litterarum potestate ab auctoribus obseruata.

DE LITTERA N.

N, primum vertas in M, cum Bi, Pi, Mus, ante.

Declaratio.

Ante, Bi, Pi, Mus, id est ante B, P, M, vertas N, in M, vt imbuo, amputo, immitto.

DE LITTERA Q.

Vocales duplices poscit Q. postque notato.
Deque feret nunquam, sed C, post terga locabis.

Declaratio.

Q. requirit post se duas vocales, vt Aqua equus qui, que quod, & prior euanescit, & non patitur ante se D, sed c, vt Acquiro, pro adquiro, Quicquid, pro quidquid,

DE Ab, Ob, Sub.

Ab. mox, Ob, vertas sub, C, Rum, Pa, Mus, amussim.
E G, nec Asporto, non aufert Aufugioque.

Declaratio.

Ab, Ob, Sub si componantur cum dictionibus incipientibus a Rum, idest R. Pa. idest P. Mus idest M, & similiter C, F, G, vertas B, in suas litteras, vt Surripio pro Subripio (Exceptis, Subrogo, Abruo, Obrepo, & similia) Suppito pro suppeto, Ommutesco pro Obmutesco, sufficio pro Subficio, Suggero pro Subgero, excipiuntur Aufero, & Aufugio, in quibus, B, in V, mutatur, & in Asporto B, in S, in Omicro, & operio B, eliditur cum cæteris manet, vt Obduro, Obloquor,

DE

DE EA.

Ce, Fi, Gras, Li, Nis, Pi, Rus, Sa, T, adq; resumit.

Declaratio.

Ad quoties componitur cum incipientibus a Ce, Fi, Gras, idest à C, F, G, & sic per singulas primas literas L, N, P, R, S, T, vertitur in D. in sequentem literam, vt Accurro pro adcurro, affero, pro aufero, aggero pro adgero, alludo pro adludo, adno pro adnuo, appeto pro adpeto, arrideo pro adrideo, assurgo pro adsurgo attraho pro adtraho. Et nota quod geminæ consonantes, D, adimunt, cum illis præcedit, vt ascendo, ascribo, pro adscendo, pro adscribo.

DE IN, & CON.

In, Con, le, Mu, Res, compones, omnia vertas.

Exempla.

In, & Con, cum incipientibus a Le, Mu, Res, idest, ab L, M, R, mutant, N, in suam literam, vt Illiteratus, pro Inliteratus. Immito, pro Inmito. Irruo pro Inruo, Golludo pro Conludo. Comitto pro Conmitto. Corruo pro Conruo. Cum alijs manet integra.

DE CON, & IN.

Vocalis iacet in Cohibet, cohit atque coheret.
N. G, permutant Ignoro, Cognita dicent.

Declaratio.

Cum incipientibus, a vocali perdit N, vt cohibet, Cohit, & similia, Excipiuntur comedo, & Comens, vbi N. vertitur in M.

N, mutatur in G, vt, Ignoto, pro Ignoro, sic Cognitus, Ignobilis, Ignosco. & ab his deducta.

DE DIS.

Dis, Ci, Fus, Gra, Pi, Quis, Si, Tis, ponere disce.
S, caput aduertas, F, Fundo monstrat vt ipsum.
Cetera vult Di. Iudicio tu coniunge Disertus.

Declaratio.

Dis componitur cum incipientibus a ci, Fus, idest C, F, C,

F, G, P, Q, S, T, & I, consonante, vt per, singulas primas litteras datur intelligi.

Exempla.

Discerno. Diffundo, in quo S, Vertitur in F, quod fit ab omnibus insipientibus ab F, disgrego, dispono, disquiro, dissuo, distraho, & disiungo.

Di, vero componitur, & cum aliјs, & cum consonante I, & G, vt diduco, diluo, diuerto, digladior, &c.

DE LITERA.

Lu, Na, Ma, Ris, Da, Vus, Iun, Ge, Bant, E sibi mutant,

Declaratio.

E, componitur cum incipientibus a Lu, Na, Idest ab L, N, M, R, D, V, I, G, B, vt eleuat, enabit, emergit, eripit, educo, euello, eijcio, edibit.

DE EX.

Conterit, Ex, S, sed ſ, si iam venit, abibit,
Excubat, exonerans, exponens, extrahit, exit,
Extruit, exanguis, excidit, & exeuit, expes.

Declaratio.

Ex, sequente vocali manet integra, vt exaro, exitus. Exuro, exopto, & huiusmodi.

Ex vero si componitur cum insipientibus ab S, eliditur, S, vt exãguis, exulo, exurgo, exequiæ, exequor, extruo. Sequente vero F, vertitur in F, vt effero pro ex fero efficio, pro exficio, Cum incipientibus verò à C, P, Q, T, remanet integra, vt excurro, expello, &c.

EXCEPTIO HVIVS REGVLAE.

Lu, Mi, Ne, De, Ge, Res, Is, V, composita nunquam.

Declaratio.

Ex non componitur cum incipientibus a Lu Mi, Ne, idest ab L, M, N, D, G, R, I, V. consonantibus, præter Ex lex, & exuro.

DE PRAEPOSITIONE DE.

Deus, Hinc, Li, Mu, Re, S, I, P, Te, De, iungere certat.

De-

Declaratio.

De componitur cum incipientibus a Deus, Hinc ideſt a, D, H, L, M, R, S, I, P, T, vt Deduco, Dehiſco, Deligo, Gemens, Derideo, Deſcendo, Deijcio, Depràuo, & Detraho.

DE TRANS.

Trans licet amittat De, Nos, l, forte ſequatur.

Declaratio.

Trans cum incipientibus a D, N, & I, conſonante, perdit Ns, vt traduco pro Tranſduco, ſic Trano, Traijcio. cum incipientibus ab S, abijcitur S, vt Tranſumo, Tranſendo.

DE, A, ABS, & AB.

A, M, V, Sis, Abs, Q. C, T, iam prouidus Abſque
Amitto, auello, abicondo, Abſcurrit: abſtineoque
Abluit, Abducent, Abrumpit Aberrat, Abundo.

Declaratio.

A cum incipientibus ab M, V, conſonante componitur, vt amitto, & Auerto.

Abs, cum incipientibus a Q, C, T, vt Abſque, abſcendo, & abſtineo.

Ab, cum vocalibus, vt Abactus, aberio, abij, abominor, abundo, & conſonantibus D, E, L, N, R, S, vt abduco, abſui, abluo, abnego, abrado, abſcindo.

DE PRO, & RE.

Pro, Re, us aſſumunt D, ſi vocalis adeſſet.

Declaratio.

Pro, & Re, Præpoſitione ante vocalem recipiunt D, vt prodeo, prodico, Redimo, Redintegro, Redeo, & hoc ne fiat hyatus. in Reddo duplicatur differentiæ cauſſa.

DE CIRCVM.

Circum vocalem vocitans ſic integra ſiſtit.

Declaratio.

Circum ſi componitur cum incipientibus a vocali ſeruatur integra, vt Circum eo, Circum aſto, Sed M, non

non profertur, quod non eſt, ſic in Circum venio vbi V, conſonans eſt.

DE PER, ET INTER.

Sępe per ac Inter A, vertunt, ſeque ſequente.

Declaratio.

Per. & inter, ſi L, ſequatur, interdum R, in L, mutant, vt Pelluceo, Intelligo, & quandoque retinent, vt Interluo, Perlego.

Nouem ſunt literæ, quæ Euphoniæ gratia interponuntur, Nonnunquam, cum vocabuli vis, & natura id nequaquam exigit, B, C, D, L, P, R, S, T, V, conſonans, vt ambio, Sicubi prodeſt.

Obliquis, Exptum, Dirimo, Identidem.

H, vocalis præponitur, vt Habeo, Hæreo, Hieronymus Homo, Huius. Conſonantibus verò poſtponitur, nec omnibus, ſed quatuor tantum, C, P, T, R, vt Chremes, Philippus, Thraſo, Pyrrus, ah, Vah, Oh.

Interẹctiones in aſpirationem deſinunt, quod facta eſt Apocope ab vha, Vaha, Oho, quibus vſi ſunt antiqui.

Joannes Monxe Meiraxa
possidet

HIERONYMI CAPHARI SALERNITANI,

GRAMMATICES EPITOME.

DE NOMINE.



Oeta est nomen, quia significat substantiam, & qualitatem propriam, vel communem cũ casu.

Nomini attribuuntur quinque.

Species, Genus, Numerus, Figura, & Casus.

Species nominum sunt duæ.

Primitiua, vt Mons. Deriuatiua, vt Montanus.

Genera nominum sunt quinque.

Masculinum, vt hic magister.
Femininum vt hæc Maria.
Neutrum, vt hoc Scamnum.
Commune, vt hic & hæc homo.
Omne, vt hic & hæc & hoc Fœlix.

Articuli nominum sunt tres.

Hic, Quod est signum generis masculini?
Hæc Fœmini. Hoc, Neutri.

Numeri nominum sunt duæ.

Singularis, vt hic magister, quia singulariter profertur.
Pluralis, vt hi magistri, quia pluraliter profertur.

Figuræ nominum sunt duæ.

Simplex, vt iustus. Composita, vt iniustus.

Casus nominum sunt sex.

Nominatiuus, Genitius, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus.

Declinationes nominum sunt quinque.

Prima desinit in genitiuo singul. in æ diphtongo, vt Musæ.
Secunda in i, vt Domini. Tertia in is, vt patris.

Quarta in vs, vel in v, vt Visus, & cornu.
Quinta in ei, vt Rei.

Nomina primæ declinationis in æ.

Nominatiuo hic poeta. genitiuo poetæ. datiuo poetæ. accusatiuo poetam. Vocatiuo ò poeta. ablatiuo à poeta. pluraliter nominatiuo hi poetæ. genitiuo poetarũ. datiuo poetis. accusatiuo poetas. vocatiuo o poetæ. ablatiuo à poetis.

Secundæ declinationis in I.

Nominatiuo hic dominus. genitiuo domini. datiuo domino. accusatiuo dominum. vocatiuo o domine. ablatiuo a domino. Pluraliter nominatiuo hi domini. genitiuo dominorum. datiuo dominis. accusatiuo dominos. vocatiuo ò domini. ablatiuo a dominis.

Tertiæ declinationis in Is.

Nominatiuo hic pater. genitiuo patris datiuo patri. accusatiuo patrem. vocatiuo o pater. ablatiuo à patre. Pluraliter nominatiuo hi patres. genitiuo patrum. datiuo patribus. accusatiuo patres. vocatiuo o patres ablatiuo a patribus.

Quartæ declinationis in Vs vel V.

Nominatiuo hic visus. genitiuo visus. datiuo visui. accusatiuo visum. vocatiuo o visus. ablatiuo a visu. Pluraliter nominatiuo hi visus. genitiuo visuum. datiuo visibus, accusatiuo visus, vocatiuo o visus, ablatiuo a visibus.

Nominatiuo hoc cornu. genitiuo cornu. datiuo cornu. accusatiuo cornu. vocatiuo o cornu. ablatiuo à cornu. Pluraliter nominatiuo hæc cornua. genitiuo cornuũ. datiuo cornibus. accusatiuo hæc cornua. vocatiuo o cornua. ablatiuo a cornibus.

Quintæ declinationis. in ei.

Nominatiuo hæc res. genitiuo rei. datiuo rei: accusatiuo rem. Vocatiuo o res. ablatiuo a re. Pluraliter nominatiuo hæ res. genitiuo rerum. datiuo rebus. accusatiuo res. vocatiuo o res. ablatiuo a rebus.

DE

DE NOMINE ADIECTIVO.

Adiectiuum, est duplex, vnum, trium articulorum, & tertiæ declinationis, alterum, trium vocum diuersarum, primæ, & secundæ declinationis.

Adiectiuum trium articulorum.

Nominatiuo hic, & hæc omnis & hoc omne, genitiuo omnis, datiuo omni, accusatiuo hunc, & hanc omnẽ, & hoc omne, vocatiuo o omnis, & o omne, ablatiuo ab omni. plu. Nominatiuo hi, & hæ omnes, & hæc omnia. genitiuo omnium. datiuo omnibus. accusatiuo hos & has omnes vel omnis, & hæc omnia. vocatiuo ò omnes, & ò omnia. Ablatiuo ab omnibus.

Adiectiuum trium vocum diuersarum.

Nominatiuo bonus, bona, bonum. genitiuo boni, bonæ, boni. datiuo, bono bonæ, bono. accusatiuo bonum, bonam, bonum. vocatiuo o bone, bona, bonum. ablatiuo a bono, bona, bono. Pluraliter nominatiuo boni, bonæ, bona. genitiuo bonorum, bonarum, bonorum. datiuo bonis. accusatiuo, bonos, bonas, bona, vocatiuo o boni, bonæ, bona. ablatiuo a bonis.

Pluraliter nominatiuo hi duo, hæ, duæ, hæc duo. genitiuo duorum, duarum duorum. datiuo duobus, duabus, duobus. accusatiuo duos, duas, duo. vocatiuo, o duo duæ, duo. Ablatiuo a duobus duabus, duobus.

Pluraliter nominatiuo hi, & hæ tres, & hæc tria. genitiuo trium. datiuo tribus. accusatiuo tres vel treis, & hæc tria. vocatiuo o tres & o tria. ablatiuo a tribus.

Plur. nominatiuo hi, & hæ, & hæc quatuor genitiuo quatuor, & sic per omnes casus, quia à quatuor vsq; ad centũ sunt indeclinabilia, numeri pluralis, & oĩs generis.

DE VERBO.

AMO est verbum, quia cum modis, & temporibus, est significatiuum agendi, vel patiendi.

Verbo attribuuntur octo.

Genus, Tempus, Modus, Species, Figura, Coniugatio,

Persona, & Numerus.

Genera verborum, sunt duo.

Personale, & Impersonale.

Genera verborum personalium, sunt quinque.

Actiuum: quod desinens in O, formar ex se passiuum in Or, vt amo, vnde amor.

Passiuum, quod in Or desinēs ab actiuo descēdit, vt amor.

Neutrum, quod in O desinens, non format ex se passiuū in Or.

Commune, quod in or desinens, vtramque retinet significationem Actiuam, & Passiuam.

Deponens, quod in Or desinens, vnam deponit significationem, & alteram per se retinet.

Tempora verborum sunt quinque.

Præsens. vt Amo.

Præteritum imperfectum, vt Amabam.

Præteritum perfectum, vt Amaui.

Præteritum plusquam perfectum, vt Amaueram.

Futurum, vt Amabo,

Modi verborum sunt quinque.

Indicatiuus, vt Amo.

Imperatius, vt Ama.

Optatiuus, vt vtinam amarem.

Subiunctiuus, vt cum amem.

Infinitiuus, vt amare.

Species verborum sunt duæ.

Primitiua, vt lego, quia à nullo deriuatur.

Deriuatiua, vt legor, quia deriuatur a lego.

Figuræ nominum sunt duæ.

Simplex, vt Amo, quia simpliciter profertur.

Composita vt adamo, quia componitur ex ad & amo.

Coniugationes verborum sunt quatuor.

Prima desinit in secunda persona præsentis indicatiui, in as, aut aris, vt Amo as, & amor aris.

Secunda in es, aut eris, lōgū, vt doceo es, & doceor eris.

Tertia

ſertia in is, aut Eris breue, vt Lego is. & legor eris.
Quarta in is, aut eris longum, vt Audio dis. & Audior audiris.
Sum, Volo, Fero, & Edo cum compoſitis ſunt anomala, & nullius coniugationis.

Perſonæ verborum ſunt tres.

Prima, vt amo, quia eſt prima vox verbi.
Secunda, vt amas, quia eſt ſecunda vox.
Tertia vt amat, quia eſt tertia vox, & ſic in plurali.
Amare eſt nullius perſonæ, & numeri, quia omnia imperſonalia, infinita, Gerundia, & ſupina numeris, & perſonis deficiunt, & genera non diſcernunt.

Numeri verborum ſunt duo.

Singularis, vt Amo.
Pluralis, vt Amamus.

DE PRIMA CONIVGATIONE

Verbum actiuorum.

INdicatiuo modo tempore præſenti, Amo amas amat, pluraliter amamus amatis amant.
Præterito imperfecto amabam amabas amabat. pluraliter amabamus amabatis amabant.
Præterito perfecto amaui amauiſti amauit. pluraliter amauimus amauiſtis amauerunt, vel amauere.
Præterito pluſquam perfecto amaueram amaueras, amauerat. plu. amaueramus amaueratis amauerant.
Futuro amabo amabis amabit. plurali. amabimus amabitis amabunt.
Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam, & tertiam perſonam ama tu, amet ille. pluraliter amate, vos, ament illi.
Futuro amato tu, amato ille. pluraliter amatote vos, amãto illi.
OPTATIVO modo tempore præſenti, & præterito imperfecto, vtinam amarem, amares, amaret. plurali-

ter vtinam amaremus amaretis amarent.
Præterito perfecto, & plusquam perfecto, vtinam amauissem amauisses amauisset. pluraliter vtinam amauissemus amauissetis amauissent.
Futuro vtinam amem ames amet. Pluraliter vtinam amemus ametis ament.
Subiunctiuo modo tempore præsenti, cum amem ames amet. plur. cum amemus ametis ament.
Præterito imperfecto cum amarem amares amaret. Plurali. cum amaremus amaretis amarent.
Præterito perfecto, cum amauerim amaueris amauerit. plurali. cum amauerimus amaueritis amauerint.
Præt. plusquam perfecto, cum amauissem amauisses amauisset. plu. cum amauissemus amauissetis amauissent.
Futuro cum amauero amaueris amauerit. plur. cum amauerimus amaueritis amauerint.
Infinitiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto, amare.
Præterito perfecto, & plusquam perfecto, amauisse.
Futuro amaturum esse.

DE SECVNDA CONIVGATIONE *verborum actiuorum.*

INdicatiuo modo tempore præsenti, Doceo doces docet. pluraliter docemus docetis docent.
Præterito imperfecto docebam docebas docebat. plural. docebamus docebatis docebant.
Præterito perfecto docui docuisti docuit. Plural. docuimus docuistis docuerunt, vel docuere.
Præterito plusquam perfecto, docueram docueras docuerat. plur. docueramus docueratis docuerant.
Futuro docebo docebis docebit, plur. docebimus docebitis docebunt.
[Imperatiuo] modo tempore præsenti ad secundam, & tertiam personam doce tu, doceat ille. plurali. docete

vos,

uos, doceant illi.

Futuro doceto tu, doceto ille. Pluraliter docetote vos do
cento illi.

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfe-
cto vtinam docerem doceres doceret. plurali. vtinam
doceremus doceretis docerent.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto vtinam docuis-
sem docuisses docuisset. Pluraliter vtinam docuissemus
docuissetis docuissent.

Futuro vtinam doceam doceas doceat. plur. doceamus
doceatis doceant.

SVBIVNCTIVO modo tempore pæsenti cum do-
ceam doceas doceat. plur. cum doceamus doceatis do
ceant.

Præterito imperfecto cum docerem doceres doceret. plu
rali. cum doceremus doceretis docerent.

Præterito perfecto cum docuerim docueris docuerit. plu
rali. cum docuerim docueritis docuerint.

Præterito plusquam perfecto cum docuissem docuisses
docuisset. pl. cum docuissemus docuissetis docuissent.

Futuro cum docuero docueris docuerit. plurali. cum do-
cuerimus docueritis, docuerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfe
cto docere.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto docuisse.

Futuro doctuurum esse.

DE TERTIA CONIVGATIONE
Verborum actiuorum.

INdicatuo modo tempore præsenti. Lego legis legit.
pluraliter legimus legitis legunt.

Præterito imperfecto legebam legebas legebat. Plurali.
legebamus, legebatis legebant.

Præterito perfecto legi legisti legit. plura. legimus legistis
legerunt vel legere.

Præterito plusquam perfecto legeram legeras legerat. plurali. legeramus legeratis legerant.

Futuro legam leges leget. plu. legemus legetis legent.

Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundam, & tertiam personam lege tu, legat ille. plurali. legite vos legant illi.

Futuro legito tu, legito ille. pluraliter legitote vos, legũto illi.

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam legerem legeres legeret. plura. vtinam legeremus legeretis. legerent.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto, vtinam legissem legisses, legisset. pluraliter vtinam legissemus, legissetis legissent.

Futuro vtinam legam legas legat, pluraliter vtinam legamus legatis legant.

Subiunctiuo modo tempore præsenti, cum legam legas legat plurali. cum legamus legatis legant.

Præterito imperfecto cum legerem legeres legeret. plurali. cum legeremus legeretis legerent.

Præterito perfecto cum legerim legeris legerit. plur. cũ legerimus legeritis legerint.

Præterito plusquam perfecto cum legissem legisses legisset. plurali cum legissemus legissetis legissent.

Futuro cum legero legeris legerit. plurali. cum legerimus legeritis legerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto legere.

Præterito imperfecto, & plusquam perfecto legisse.

Futuro lecturum esse.

DE QVARTA CONIVGATIONE verborum actiuorum.

INdicatiuo modo tempore præsenti, Audio audis audit. plurali. audimus auditis audiunt.

Præterito imperfecto audiebam, audiebas, audiebat. pluraliter

raliter audiebamus, audiebatis, audiebant.
Præterito perfecto, audiui, audiuisti, audiuit. pluraliter audiuimus, audiuistis, audiuerunt, vel audiuere.
Præterito plusquam perfecto audiueram, audiueras, audiuerat. plu. audiueramus, audiueratis audiuerant.
Futuro audiam, audies, audiet. pluraliter audiemus, audietis, audient.
IMPERATIVO modo, tempore præsenti, ad secũdam, & tertiam personam, audi tu, audiat ille. pluraliter audite vos, audiant illi.
Futuro audito tu, audito ille. pluraliter auditote vos, audiant illi.
OPTATIVO modo, tempore præsenti, & præterito imperfecto, vtinam audirem, audires. audiret. pluraliter vtinam audiremus, audiretis, audirent.
Præterito, perfecto, & plusquam perfecto, vtinam audiuissem, audiuisses, audiuisset. pluraliter vtinã audiuissemus, audiuissetis, audiuissent.
Futuro vtinam audiam, audias, audiat. pluraliter vtinam audiamus, audiatis, audiant.
SVBIVNCTIVO modo, tempore præsenti, cum audiam, audias, audiat. Pluraliter cum audiamus, audiatis, audiant.
Præterito imperfecto cum audirem, audires, audiret. pluraliter cum audiremus, audiretis, audirent.
Præterito perfecto cum audiuerim, audiueris, audiuerit. pluraliter cum audiuerimus audiueritis, audiuerint.
Præt. plusquam perfecto, cũ audiuissem, audiuisses, audiuisset. pl. cum audiuissemus, audiuissetis, audiuissent.
Futuro cum audiuero, audiueris, audiuerit. pluraliter cũ audiuerimus, audiueritis, audiuetint.
INFINITIVO modo, tempore præsenti, & præterito imperfecto, audire.
Præterito perfecto, & plusquam perfecto, audiuisse.
Futuro auditurum esse.

DE VERBO SVBSTANTIVO SVM.

INDICATIVO modo tempore præsenti, sum es, est, pluraliter sumus, estis sunt.

Præterito imperfecto eram, eras, erat. pluraliter eramus eratis erant.

Præterito perfecto fui, fuisti, fuit. pluraliter fuimus, fuistis, fuerunt vel fuere.

Præterito plusquam perfecto fueram, fueras fuerat. pluraliter fueramus, fueratis, fuerant.

Futuro ero, eris, erit. pluraliter erimus, eritis, erunt.

IMPERATIVO modo tempore præsenti ad secundam, & tertiam personam sis, vel es tu, sit ille. pluraliter este vos, sint illi.

Futuro esto tu, esto ille. pluraliter estote vos; sunt vel sun tote illi.

OPTATIVO modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam essem, esses, esset. pluraliter vtinā essemus, essetis, essent.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto vtinam fuissem, fuisses, fuisset. pluraliter vtinam fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro vtinam Sim, sis, sit. plu. vtinam simus, sitis sint.

SVBIVNCTIVO modo tempore præsenti, cum sim, sis, sit. pluraliter cum simus, sitis sint.

Præterito imperfecto cum essem, esses, esset. plur. cum essemus, essetis, essent.

Præterito perfecto cum fuerim, fueris, fuerit. pluraliter cum fuerimus, fueritis, fuerint.

Præterito plusquam perfecto cum fuissem, fuisses, fuisset. pluraliter cum fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro cum fuero, fueris fuerit. pluraliter cum fuerimus, fueritis, fuerint.

INFINITIVO modo tempore præsenti, & præterito imperfecto esse.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto fuisse.

Futuro futurum esse.

DE PRIMA CONIVGATIONE
Verborum passiuorum.

INDICATIVO modo tempore præsenti, Amor, amaris, vel amare, amatur. pluraliter amamur, amamini amantur.

Præterito imperfecto, amabar, amabaris, vel amabare, amabatur. pluraliter amabamur, amabamini, amabantur.

Præterito perfecto amatus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. pluraliter amati sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt, vel fuere.

Præterito plusquam perfecto: amatus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. plu. amati eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant.

Futuro amabor, amaberis vel amabere, amabitur. pluraliter amabimur, amabimini, amabuntur.

IMPERATIVO modo, tempore præsenti, ad secũdam, & tertiam personam, amare tu, ametur ille. pluraliter amamini vos. amentur illi.

Futuro amator tu, amator ille. pluraliter amaminor vos, amantor illi.

OPTATIVO modo tpe præsenti, & præterito imperfecto vtinam amarer amareris, vel amarere, amaretur. pluraliter vtinam amaremur, amaremini, amarentur.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto, vtinã amatus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. pluraliter vtinam amati essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis essent vel fuissent.

Futuro vtinam amer, ameris, vel amere, ametur. pluraliter vtinam amemur, amemini, amentur.

SVBIVNCTIVO modo tempore præsenti cum amer, ameris, vel amere, ametur. pluraliter cum amemur, amemini, amentur.

Præterito imperfecto cum amarer, amareris, vel amare-

re,

re, amaret. p'ur. cum amaremur, amaremini, amarent.

Præterito perfecto cum amatus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. pluraliter cum amati simus, vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint.

Præterito plusquã perfecto cum amatus essem vel fuissẽ, esses vel fuisses, esset vel fuisset. pl. cum amati essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futuro cum amatus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. pluraliter cum amati erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt, vel fuerint.

INFINITIVO modo tempore præsenti, & præterito imperfecto, amari.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto amatum esse vel fuisse.

Futuro amatum iri, vel amandum esse.

DE SECVNDA CONIVGATIONE Verborum passiuorum.

INDICATIVO modo tempore præsenti, doceor, doceris vel docere, docetur. pluraliter docemur, docemini, docentur.

Præterito imperfecto docebar. docebaris vel docebare, docebatur. plu. docebamur, docebamini, docebantur.

Præterito perfecto doctus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. pluraliter docti sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere.

Præterito plusquam perfecto doctus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. plu. docti eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant.

Futuro docebor, doceberis vel docebere, docebitur. pluraliter docebimur, docebimini, docebuntur.

IMPERATIVO modo, tempore præsenti ad secundam, & tertiam personam docere tu, doceatur ille. pluraliter docemini vos doceantur illi.

Futuro docetor tu, docetor ille. pluraliter doceminor vos docentor illi.

Opta-

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam docerer, docereris, vel docerere, doceret. plu. vtinam doceremur, doceremini, docerentur.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto vtinam doctus essem, vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset pluraliter vtinam docti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futuro vtinam, docear, docearis, vel doceare, doceatur. pluraliter doceamur, doceamini, doceantur.

Subiunctiuo modo tempore præsenti cum docear, docearis, vel doceare, doceatur. pluraliter cum doceamur, doceamini doceantur.

Præterito imperfecto cum docerer, docereris, vel docerere, doceretur. pluraliter cum doceremur doceremini, docerentur.

Præterito perfecto cum doctus sim vel fuerim sis vel fueris, sit vel fuerit. pluraliter cum docti simus, vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint.

Præterito plusquam perfecto cum doctus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. pluraliter cum docti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futuro cum doctus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. pluraliter cum docti erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt vel fuerint.

Infinitiuo modo, tempore præsenti, & præterito imperfecto doceri.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto doctum esse. Futuro doctum iri, vel docendum esse.

DE TERTIA CONIVGATIONE
Verborum passiuorum.

INDICATIVO, modo tempore præsenti, Legor, legeris, vel legere, legitur. pluraliter legimur, legimini, leguntur.

Præterito imperfecto legebar legebaris, vel legebare, legeba-

gebatur. plur. legebamur legebamini legebantur.

Præterito perfecto lectus sum, vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. pluraliter lecti sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere.

Preterito plusquam perfecto lectus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. plural. lecti eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant.

Futuro legar, legeris, vel legere, legetur. pluraliter legemur legemini legentur.

IMPERATIVO modo, tempore præsenti, ad secundam, & tertiam personam, legere tu, legatur ille. pluraliter legimini vos legantur illi.

Futuro legitor tu, legitor ille. plur. legiminor vos leguntor illi.

OPTATIVO modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam legerer, legereris vel legerere, legeretur. pluraliter vtinam legeremur legeremini legerentur.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto, vtinam lectus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. pluraliter vtinam lecti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis essent vel fuissent.

Futuro vtinam legar, legaris vel legare, legatur. pluraliter vtinam legamur legamini legantur.

SVBIVNCTIVO modo tempore præsenti, cum legar, legaris vel legare, legatur. pluraliter cum legamur legamini legantur.

Præterito perfecto cum legerer, legereris vel legerere, legeretur plurali. cum legeremur legeremini legerent.

Præterito perfecto cum lectus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. pluraliter cũ lecti simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint.

Præterito plusquam perfecto cum lectus essem vel fuissẽ, esses vel fuisses, esset vel fuisset. plu. cum lecti essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futuro

Futuro cum lectus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. pluraliter cum lecti erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt vel fuerint.

INFINITIVO modo tempore præsenti, & præterito imperfecto legi.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto lectum esse, vel fuisse.

Futuro, lectum iri, vel legendum esse.

DE QVARTA CONIVGATIONE
Verborum passiuorum.

INdicatiuo modo tempore præsenti Audior, audiris, vel audire, auditur. pluralirer Audimur, audimini, audiuntur.

Præterito imperfecto audiebar, audiebaris vel audiebare, audiebatur. pluraliter audiebamur, audiebamini, audiebantur.

Præterito perfecto auditus sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit. pluraliter auditi sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere.

Præterito plusquam perfecto auditus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. pluraliter auditi eramus vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant.

Futuro audiar, audieris vel audiere, audietur. Pluraliter audiemur, audiemini audientur.

IMPERATIVO modo tempore præsenti ad secundam, & tertiam personam, Audire tu. audiatur ille. pluraliter audimini vos, audiantur illi.

Futuro auditor tu auditor ille. pluraliter audiminor vos, audiuntor ille.

Optatiuo modo tempore ptæsenti, & præterito imperfecto vtinam audirer, audireris, vel audirere, audiretur. plu. vtinam audiremur, audiremini, audirentur.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto vtinam auditus, essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset.

Plu-

Pluraliter vtinam auditi essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis essent vel fuissent.

Futuro vtinam audiar, audiaris vel audiare, audiatur. pluraliter vtinam audiamur audiamini audiantur.

Subiunctiuo modo tempore præsenti cum audiar, audiaris vel audiare, audiatur, plural. cum audiamur, audiamini audiantur.

Præterito imperfecto cum audirer, audireris vel audirere, audiretur. pluraliter cum audiremur, audiremini, audirentur.

Præterito perfecto cum auditus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. plural. cum auditi simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint.

Præterito plusquam perfecto cum auditus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. plural. cum auditi essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futuro cum auditus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit. plural. cum auditi erimus vel fuerimus, eritis vel fueritis, erunt vel fuerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto audiri.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto auditum esse vel fuisse.

Futuro auditum iri, vel audiendum esse.

DE VERBIS ANOMALIS VOLO.

Indicatiuo modo tempore præsenti Volo, vis, vult plural. volumus vultis volunt.

Præterito imperfecto volebam, volebas, volebat. plural. volebamus, volebatis, volebant.

Præterito perfecto volui voluisti, voluit. plu. voluimus, voluistis, voluerunt vel voluere.

Præterito plusquam perfecto volueram, volueras, voluerat plur. volueramus, volueratis, voluerant.

Futu-

Futuro volam, voles, volet. pluraliter volemus, voletis, volent.

IMPERATIVO CARET.

OPTATIVO modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam, vellem, velles, vellet. pluraliter vellemus velletis vellent.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto vtinam voluissem voluisses voluisset. pluraliter vtinam voluissemus voluissetis voluissent.

Futuro vtinã velim velis uelit. pluraliter vtinam uelimus, velitis, velint.

Subiunctiuo modo tempore præsenti cum velim, velis, velit. pluraliter cum velimus velitis velint.

Præterito imperfecto cum uellem, velles, vellet. plur. cum vellemus, velletis, vellent.

Præterito perfecto cum voluerim, volueris voluerit, plural. cum voluerimus, volueritis, voluerint.

Præterito plusquam perfecto cum voluissem voluisses voluisset. pluraliter cum voluissemus voluissetis voluissent.

Futuro cum voluero, volueris, voluerit. pluraliter cũ voluerimus, volueritis, voluerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto velle.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto voluisse.

Futuro caret.

FERO.

INDICATIVO modo tempore præsenti Fero, fers, fert. plural. ferimus, fertis, ferunt.

Præterito imperfecto ferebam, ferebas, ferebat. plural. ferebamus, ferebatis, ferebant.

Præterito perfecto tuli, tulisti, tulit. plur. tulimus, tulistis, tulerunt, vel tulere.

Præterito plusquam perfecto tuleram, tuleras, tulerat. plural. tuleramus tuleratis tulerant.

Futuro feram, feres, feret. Pluraliter feremus feretis, ferent.

IMPERATIVO modo tempore præsenti ad secundam & tertiam personam, fer tu, ferat ille. Pluraliter feramus nos, ferte vos, ferant illi.

Futuro ferto tu, ferto ille. Pluraliter feramus nos, fertote vos, ferunto illi.

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam ferrem ferres ferret. pluraliter vtinam ferremus ferretis ferrent.

Præterito imperfecto vtinam tulissem tulisses tulisset. pluraliter vtinam tulissemus tulissetis tulissent.

Futuro vtinam, feram feras, ferat. pluraliter vtinam feramus, feratis, ferant.

SVBIVNCTIVO modo, tempore præsenti cum feram feras ferat. plur. cum feramus feratis ferant.

Præterito imperfecto cum ferrem ferres ferret. pluraliter cum ferremus ferretis ferrent.

Præterito perfecto cum tulerim tuleris tulerit. plur. cum tulerimus tuleritis tulerint.

Præterito plusquam perfecto cum tulissem, tulisses, tulisset. plur. cum tulissemus, tulissetis, tulissent.

Futuro cum tulero, tuleris, tulerit. pluraliter cum tulerimus, tuleritis, tulerint.

Infinitiuo modo tempore præsenti. & præterito imperfecto ferre.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto tulisse.

Futuro laturum esse.

FERROR PASSIVVM.

INdicatiuo modo tempore præsenti. Ferror, ferris vel ferre, fertur. pluraliter ferimur ferimini feruntur.

Præterito imperfecto ferebar, ferebaris vel ferebare, ferebatur. pluraliter ferebamur ferebamini ferebantur.

Præterito perfecto latus sum vel fui. es vel fuisti, est vel fuit.

fuit. pluraliter lati sumus vel fuimus, estis vel fuistis, sunt fuerunt vel fuere.

Præterito plusquam perfecto latus eram vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. plur. lati eramus, vel fueramus, eratis vel fueratis, erant vel fuerant.

Futuro ferar, fereris, vel ferere, feretur. Pluraliter feremur, feremini ferentur.

Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundam, & tertiam personam ferre tu, feratur ille. Pluraliter feramus nos ferimini vos, ferantur illi.

Futuro fertor tu, fertor ille. Pluraliter feremur nos, feremini vos, feruntor illi.

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto vtinam ferrar, ferreris vel ferrere, ferretur. pluraliter vtinam ferremur, ferremini, ferrentur.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto vtinam latus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. plur. vtinam lati essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futuro vtinam ferar, feraris vel ferare, feratur. Pluraliter vtinam feramur, feramini, ferantur.

Subiunctiuo modo tpe præsenti cum ferar, feraris vel ferare, feratur plur. cum feramur, feramini, ferantur.

Præterito imperfecto cum ferrer, ferreris, vel ferrere, ferretur. plur. cum ferremur ferremini ferrentur.

Præterito perfecto cum latus sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit. pluraliter cum lati simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint vel fuerint.

Præterito plusquam perfecto cum latus essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset vel fuisset. Pluraliter cum lati essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futuro cum latus ero vel fuero, eris vel fueris, erit vel fuerit, pluraliter cum lati erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erunt uel fuerint.

Infinitiuo modo tpe præsēti, & p̄terito imperfecto ferri.
Præterito perfecto,& plusquā perfecto latū esse,vel fuisse
Futuro latum iri uel ferendum esse.

E D O.

INdicatiuo modo, tēpore præsenti edo,es,est. Pluraliter,edimus,editis,uel estis, edunt.
Præterito imperfecto edebam,edebas, edebat. Pluraliter edebamus edebatis,edebant.
Præterito perfecto,edi,edisti,edit. Pluraliter edimus,edistis,ederunt, vel edere.
Præterito plusquam perfecto ederam,ederas,ederat. Pluraliter ederamus,ederatis, ederant.
Futuro edam, edes,edet. Plural. edamus,edetis,edent.
Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundam,& tertiam personā ede tu,edat ille. Plu. edite uos, edant illi.
Futuro edito tu,edito ille. Plur. editote uos,edunto illi.
Optatiuo modo,tempore præsenti, & præterito imperfecto utinam ederem, ederes, ederet. Pluraliter utinam ederemus, ederetis ederent.
Præterito perfecto, & plusquam perfecto,utinā edissem, edisses, edisset. Pluraliter utinam edissemus, edissetis, edissent.
Futuro utinam edam, edas, edat. Pluraliter utinam edamus,edatis edant.
Subiunctiuo modo,tempore præsenti, cum edam, edas, edat. Pluraliter cum edamus,edatis,edant.
Præterito imperfecto cum ederem,ederes,ederet. Pluraliter cum ederemus,ederetis, ederent.
Præterito perfecto,cum ederim,ederis, ederit. Pluraliter cum ederimus,ederitis,ederint.
Præterito plusquam perfecto cum edissem,edisses,edisset. Pluraliter cum edissemus,edissetis, edissent.
Futuro cum edero,ederis ederit. Pluraliter cum ederimus ederitis ederint.
Infinitiuo modo,tempore præsenti, & præterito imperfecto

fecto edere.

Præterito perfecto, & plusquam perfecto edisse.

Futuro. Esurum esse.

E O.

Indicatiuo modo, tempore præsenti. Eo, is, it. pluraliter imus, itis, eunt.

Præterito imperfecto ibam, ibas, ibat. Pluraliter ibamus ibatis, ibant.

Præterito perfecto: iui, iuisti, iuit. Pluraliter iuimus, iuistis, iuerunt, vel iuere.

Præterito plusquam perfecto, iueram iueras iuerat. Pluraliter iueramus iueratis iuerant.

Futuro, Ibo ibis, ibit. Pluraliter ibimus, ibitis, ibunt.

Imperatiuo modo, tempore præsenti, ad secundam, & tertiam personam: itu, eat ille, pluraliter, ite nos, eant illi.

Futuro ito tu, ito ille. Pluraliter itote vos, eunto illi.

Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto, vtinam irem, ires, iret. Pluraliter vtinam iremus, iretis, irent.

Præterito perfecto & plusquam perfecto, vtinam iuissem iuisses, iuisset. Pluraliter vtinam iuissemus, iuissetis, iuissent.

Futuro vtinam eam, eas, eat. Pluraliter vtinam eamus, eatis, eant.

Subiunctiuo modo tempore præsenti, cum eam, eas, eat. Pluraliter cum eamus, eatis eant.

Præterito imperfecto, cum irem, ires, iret. Pluraliter cum iremus, iretis, irent.

Præterito imperfecto, cum iuerim, iueris, iuerit. Pluraliter cum iuerimus, iueritis, iuerint.

Præterito plusquam perfecto cum iuissem, iuisses, iuisset. Pluraliter cum iuissemus, iuissetis, iuissent.

Futuro cum iuero, iueris, iuerit. Pluraliter cum iuerimus, iueritis, iuerint.

Infinitiuo modo, tempore præsenti, & præterito im-

imperfecto, Ire.
Præterito perfecto, & plusquam perfecto Iuisse.
Futuro, Iturum esse.

DE PARTICIPIO DICETVR SVO LOCO.

DE PRONOMINE.


Go, est pronomen, quia ponitur loco proprij nominis, & certam significat personam.
Pronomini attribuuntur sex: Species, Genus, Numerus, Figura, Persona, & Casus.
Species pronominum sunt duæ.
Primitiua, ut Ego, quia à nullo deriuatur.
Deriuatiua; ut Meus, quia deriuatur à Genitiuo Mei.
Genera pronomina sunt quinque.
Masculinum, ut Meus: quia est prima uox pronominis adiectiui.
Fœmininum; ut Mea, quia est secunda.
Neutrum: ut Meum, quia est tertia.
Commune trium articulorum; ut Nostras, & Vestras.
Omne: ut Ego, & Tu, quia sic sunt ea, quibus adhærent.
Numeri pronominum sunt duo.
Singularis: ut Ego.
Pluralis, ut Nos.
Figuræ nominum sunt duæ; ut in nomine.
Personæ pronominum sunt tres.
Prima, ut Ego.
Secunda, ut Tu.
Tertia, ut ille.
Ego, est personæ primæ: quia omnia nomina, pronomina, & participia sunt tertiarum personarum, exceptis. Ego, quod est personæ primæ: Tu, secundæ & Vocatiuis casibus aliorum, qui sunt personæ secundæ, vt ò Muti.

Casus

Casus pronominum sunt sex. Nominatiuus: Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus.

Modi pronominum sunt quatuor; vt in maiorbus.

Pronomina primi modi.

Nominatiuo Ego, genitiuo mei, datiuo mihi, accusatiuo me, ablatiuo à me. Pluraliter nominatiuo nos, genitiuo nostrum vel nostri, datiuo nobis. accusatiuo nos, ablatiuo à nobis.

Nominatiuo tu, genitiuo tui, datiuo tibi, accusatiuo te, vocatiuo ò tu, ablatiuo à te: & pluraliter nominatiuo vos, Genitiuo vestrum vel vestri, datiuo vobis, accusatiuo vos, vocatiuo ò vos, ablatiuo à vobis.

Genitiuo Sui, datiuo sibi accusatiuo se, ablatiuo à se, sic in plurali.

Pronomina secundi modi.

Nominatiuo ille illa illud, genitiuo illius, datiuo illi, accusatiuo illum illam illud. Ablatiuo ab illo illa illo. Pluraliter nominatiuo illi illæ illa, genitiuo illorum illarum illorum. Datiuo illis. Accusatiuo illos illas illa. Ablatiuo ab illis. & sic ipse ipsa ipsum; Iste ista, istud. Hic hæc hoc: & similia, vt in maioribus.

Nominatiuo Quis vel qui quæ quod vel quid. Genitiuo cuius. Datiuo cui. Accusatiuo quem quā quod vel qđ. Ablatiuo à quo qua quo. Pluraliter nominatiuo qui quæ. Genitiuo quorum quarum quorum. Datiuo quibus. Accusatiuo quos quas quæ. Ablatiuo à quibus.

Pronomina tertij modi.

Nominatiuo Meus mea meum, Genitiuo mei meæ mei. Datiuo meo meæ meo. Accusatiuo meum meam meū. Vocatiuo ò mi mea meum. Ablatiuo à meo mea meo. Pluraliter nominatiuo mei meæ mea. Genitiuo meorum mearum meorum. Datiuo meis. Accusatiuo meos meas mea. Vocatiuo o mei meæ mea. Ablatiuo a meis & sic tuus tua tuum: Suus sua suum: Noster nostra nostrum, & huiusmodi.

Pronomina quarti modi.

Nominatiuo hic hæc hoc Nostras: genitiuo nostratis: datiuo nostrati: accusatiuo nostratem: vocatiuo ò nostras ablatiuo à nostrate. Pluraliter nominatiuo hi, & hæ nostrates, & hæc nostratia, genitiuo nostratum, datiuo nostratibus, accusatiuo hos, & has nostrates, & hæc nostratia, vocatiuo o nostrates, & o nostratia: ablatiuo à nostratibus, & sic vestras, & similia.

DE PRAEPOSITIONE.

AD, est præpositio: quia præponitur alijs partibus orationis per appositionem, vel per compositionē. Præpositioni accidit vnum: scilicet casus, videlicet accusatiuus, & ablatiuus.

Hæc præpositiones seruiunt accusatiuo.

Ad, apud, ante, aduersum, vel aduersus, cis, citer citra, circum circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, secundum post, trans, vltra, præter, supra, circiter, vsque, secus, penes.

Hæ seruiunt ablatiuo.

A, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absque tenus.

Hæ seruiunt vtrique casui.

In, sub, super, & subter.

Hæ seruiunt in compositione.

Di, dis, re, se, an, con.

DE ADVERBIIS.

NVnc est aduerbium: quia stat iuxta verbum, & ferè semper nititur verbo.

Aduerbio accidunt tria. Species, Significatio, & Figura.

Significationes temporis sunt.

Hodie, heri, cras, nunc, nuper, perindie, pridie, postridie, nudius tertius nudius, quartus, aliquando, olim, nunc, quondam, iam, semper mane, vesperi, diu, noctu,

ctu,modo,dum.

Loci.

Hic,illic,vbi huc,hac,hinc,intus,intro,foris, foras.

Qualitatis.

Benè,malè,doctè,pulchrè,fortiter, ſapienter.

Quantitatis.

Multum,parum,modicum,minimum,maximè, magnope re,ſat, ſatis.

Negandi.

Non, nihil,nec,neque,haud,minimè, nequaquam.

Confirmandi.

Profectò, quippe, nempè,videlicet,ſcilicet,quidem,certe,næ,planè.

Iurandi.

Ædepol, caſtor,hercle,medius,ſfidius.

Prohibendi.

Ne.

Optandi.

Vtinam, ò ſi.

Euentus.

Forte,caſu,forte fortuna.

Hortandi.

Eia,age,agite.

Remittendi.

Vix,paulatim,ſenſim,pedetentim,ſimul vim,pariter.

Intentiui.

Valde,nimio,prorſus,penitus, omnino.

Numeri.

Semel,bis,ter, quater,quinquies,ſexeis, decias, quinquagies,centies,millies,toties, quoties.

Similitudinis.

Quaſi,ceu,ſic,ſicut,ſicuti,velut,veluti, vti,ita.

Dubitandi.

Forſan,forſitan,fortaſſe,fortaſſis,fors, forte.

Superlatiui.

Maximè,minimè,doctiſſimè.

Ve-

Vocandi.

Heus, o.

Demonſtrandi.

En, ecce.

Eligendi.

Potius, quin immo.

Diminutiui.

Clanculum belle.

Perſonalis.

Meatim,tuatim,ſuatim,noſtratim,veſtratim.

Interrogandi.

personale actiuum *passiuum*
Si perso. actiuo vel tibi sint iam passio neutrum.
nominatiuum
Vel commune fiet deponens antequam rectum
impersonale
Exigat expresse tacite; vel si patet imper.
actiuum *passiuum.*
Actio vel fuerit vel constat passio vocis
Regula iam statuat tu cætera cernito lector.

Expositio.

Genus verbis est duplex personale, & impersonale, si

personale vel erit actiuum vel passiuum, vel neutrum, vel commune vel deponens,& hæc omnia regunt ante se nominatiuum expresse, vel tacitè: sin Impersonale vel erit actiuæ vocis vt
Tædet, vel passiuæ,vt seruitur: vt in maiorib.latius patet.
De verbis Actiuis quorum sex sunt ordines.
Simplex,possessus,mox Acqui,Transitus,esset,
Separat,& post se quartum sic exigit:ante.
Iam rectum,commune fiet nunc classibus hisce.

Expositio.

Actiuorum ordines sunt sex s.simplex,possessiuus, acquisitiuus,transitiuus,effectiuus separatiuus.

Hi singuli exigunt communiter a fronte nominatiuum agentem, a tergo accusatiuum patientem,differunt vero inter se casibus vlterioribus,qui nō sunt agentes neque patientes.

De primo ordine actiuorum qui dicitur Simplex.

Ordo sibi rectam simplex deposcit, & actum,
Verberat,& video,facio,fastidio,honoro,
Fert,occidit,amo colit,& formido,timetque
Terreo,commendo,laudo,metuoque,necoque.

Expositio.

Simplex ordo actiuorum poscit a fronte nominatiuum agentem, a tergo accusatiuum patientem. Verbero as, video vides,facio facis,fastidio is, honoro as, fero fers, occido is,amo as,colo is,formido as, timeo es. Terreo es,commodo as,laudo laudas,metuo is,neco as.

Secundus ordo Possessiuus.
accusatiuum genitiuum.

His verbis casum post quartum iunge secundum.

Ablatiuo.

Si tamen in Sexto precium, quanti atque minoris
Plurisque,& tanti,socio, sine da genitiuo.
Cum substantiuo cures iam tradere sextum,

Vendit,

Vendit,emit,redimit,locat,& conduco,reuendo.
Existimo,venundo,castigoque,& reprehendo.
Arguit,accusat,condemno,atque impleo,mulcto.

Expositio.

Possessiuus ordo vltra accusatiuum patientem requirit genitiuum vel ablatiuum,sed pretium tacitum ponitur in genitiuo,vt tanti,quanti,pluris,minoris,sed cum substãtiuo, expresse pretio,in ablatiuo,vt tanto pretio, minori pretio,Vendo is,emo is, redimo is, loco as, conduco is,reuendo is, æstimo as, venundo as, castigo as, reprehendo is, arguo is, accuso as, condemno as, impleo es, mulcto as.

Acquisitiuus.

Post quartum,dandi gaudent hæc omnia casu
Scribo,lego,adscribo,commendo,nuntio,mitto
Lego,& restituo,do,commodo,mutuo,dono,
Addico,indico,edicoque,atque indico,prodo,
Et dico,refero,declaro,impendo,vetoque
Suadeoque & subigo, promitto,accommodo,reddo.

Expositio.

Acquisitiuus ordo actiuorum vltra accusatiuum requirit datiuum : Scribo is,lego is, adscribo is, commendo as, nuncio as, mitto mittis,lego as,restituo is,do das, com modo as,mutuo as,dono as,addico is, indico is,'prodo is,dico is, refero ers, declaro as,impendo is,veto as,sua deo es,subigo is,promitto is,accommodo as,reddo is.

Transitiuus.

Omnibus his quartos poteris coniungere binos
Flagito,posco,peto,doceo,rogo, calceo,cęlo,
Exoro,admoneo,moneo,atque interrogo,cingo,
Induit,& vestit,cumque exuo postulat,oro.

Expositio.

Transitiuus ordo actiuorum vltra accusatiuum patiẽtem

animatum. exigit alterum accusatiuum.

Flagito as, posco is, peto is, doceo es, rogo as, calceo,as, cęlo as, exoro as, admoneo es,moneo es,intterrogo as, cingo is, induo is,vestio is,exuo is,postolo as,oro oras.

Effectiuus.

Possunt post quartum, purum sibi iungere sextum.
Inficit & munit, regit, atque irrito, leuoque
Educat, atque cibat vacuoque, & farcio, lacto
Pascit, alit, spoliat, sternit, petit, afficit, ornat.
Impleoque, & satio, saturo, lanio, laceroque.
Cædo, onero, exonero, vexoque, & spargo, corono.

Expositio.

Effectiuus ordo actiuorum post accusatiuum patientem animatum vel continentem ablatiuum sine præpositio ne sibi flagitat.

Inficio is, munio is, rego is, irrito as; leuo as, euco as, cibo as, vacuo as, farcio is, lacto as, pasco is, alo is, spolio, as, sterno is, peto is, afficio is, orno as, impleo es, satio as, saturo as, lanio as, lacero as, cædo is, onero as, exonero as, vexo as, spargo is, corono as.

Separatiuus.

ablatiuum proprios.
Sextum præcipuos post casus sume sodalis.
Sed præpos: statuat primum de casibus abde,
Audit, & ediscit, vellit, mouet, admonet, arcet,
Accipio, retraho, cum que exigo, separo, soluo,
Haurit, habet, remouet, capit, atque inttelligit, aufert.
Atque abigo, stirpo, eripio, & diuello, vetoque.

Expositio.

Separatiuus ordo actiuorum post accusatiuum patientē ablatiuum cum præpositione, requirit.

Audio is, edisco is, vollo is, moueo es, arceo es, accipio is, retraho is, exigo is, separo as, soluo is, haurio is, ha beo es, remoueo es, capio is, intelligo is, aufero, ers, abigo is, stirpo as, eripio is, diuello is, veto as.

De

De verbis Passiuis.

Passiua hæc debent patientem admittere rectum
B, vel ab, & sextum medijs assumet agentem,
Post tamen hos casus, sua quos actiua sequuntur.
Verberor, & vendor, donor, doceor, spoliorque,
Audior, aspicior, videor, credorque, necorque,

Expositio.

Omne verbum passiuum poscit a fronte nominatiuum, patientem, & a tergo ablatiuum agentem cum præpositione, a vel ab, vltra vero casus vlterioris actiuorum. Verberor aris, vendor eris, donor aris, doceor eris, spolior aris, Audior iris, aspicior eris, videor eris, necor aris.

De Neutris absolutis.

Primæ sunt species, regitur cum rectus vtrinque
Sum, fio, incedo, euadoque, & viuo, voloque.

Expositio.

Neutra absoluta primæ speciei, exigunt a fronte, & à tergo nominatiuum, sum, fio, fis, incedo is, euado is, Viuo is, volo vis.

De Deponentibus absolutis.

nominatiuus.

Primæ sunt species, regitur cum rectus vtrinque
Prælior, & luctor, proficiscor, digladiorque,
Et iocor, & gladior, ratiocinor atque reuertor.

Expositio.

Verba deponentia Absoluta & a fronte, & a tergo nominatiuum sibi asciscere possunt.
Prælior aris, luctor aris, proficiscor eris, digladior aris, iocor aris, gladior eris, ratiocinior aris reuertor eris.

Possessiuus ordo neutrorum.

His ablatiuum tantum coniungito casum
Affluit, & careo, vacat, atque exubero, abundo,
Indiget, atque egeo, varie sibi poscit vtrumque

Abla.

Abla. vel genitiuum, memini quartumque secundum
Sed satago patrium tribuas tantummodo casum.

Essempio.

Possessiuus ordo neutrorum exigit a fronte nominatiuū, à tergo genitiuum, vel ablatiuum, hæc verba cum ablatiuo, affluo is, careo es, vaco as, exubero as: Abundo as, hæc cum genitiuo, & ablatiuo indigeo es. memini vero cum accusatiuo, & genitiuo, satago is, cum genitiuo tantum.

Possessiuus ordo deponentium.

Quos regit anterior, casus his ordo reposcit
Fungor, sic potior, vescor, fruor, vtor, abutor.
Nec non defungor casu coniuge latino.

genitiuum.

Et debet patrium miseretur sumere tantum,

accusatiuum genitiuum.

Obliuiscor item, reminiscor quarta secundum.

Expositio.

Possessiuus ordo deponentium deposcit a fronte nominatiuum a tergo genitiuum, vel ablatiuum.

Hæc verba cum ablatiuo construuntur, Fungor eris, potior iris, vescor eris, fruor eris, vtor eris, abutor eris, defungor eris, hæc cum genitiuo, & accusatiuo, misereor eris, obliuiscor eris, reminiscor eris, recordor aris.

Acquisitiuus ordo neutrorum.

Omnino Species cum casu hæc tertia dandi est,
Seruit, obest, noceo, placet, atque incumbo, licetque
Officio, caueo, studeoque, & consulit, hæret.
Obuio, & occurro, atque obtempero, obedio, paret,
Et faueo, & lateo, atque ignosco, indulgeo, parco,
Intersum, soluo, desum, & debeo, cędo.

Expositio.

Acquisitiuus ordo neutrorum flagitat a fronte nominatiuum, a tergo datiuum, Seruio, is obsum es; noceo es,

es, placeo es, incumbo is, liceo es, officio is, caueo es, ſtudeo es, conſulo is, hæreo es, obuio as, occurro is; obtempero as, obedio is, pareo es, faueo es, lateo es, gnoſco is, indulgeo es, parco cis, interſum es, ſoluo is, deſum es, debeo es, cado is.

Acquiſitiuus ordo deponentium.

Inferius dandi gaudebunt omnia caſu
Suffragor, dominorque, & fæneror atque refragor
Blandior, & medeor, nec non aſſentor, adulor,
Gratulor, iraſcor, famulor, minitorque, minorque
Obſequor, auxiliorque, aduerſor, polliceorque.

Expoſitio.

Acquiſitiuus ordo deponentium a fronte conſtruitur cũ nominatiuo agente, a tergo vero cum datino patiente, Suffragor aris, dominor aris, fęneror aris, refragor aris, blandior iris, medior eris, aſſentor aris, adulor aris, gratulor aris, iraſcor eris, famulor aris, minitor aris, obſequor eris, auxilior aris, aduerſor aris, polliceor eris.

Tranſitiuus ordo neutrorum.

His hominem quartum nunquam coniunge notantem,
Semino, tundo, & aro, colit, & fero, conſero, planto:
Ventiloque, & pulſo pinſo, & trituro, potiſſo,
Condio, vello, meto, texo, ſuo, diſſuo, filo,
Sarrio, meio, pero, Vanno, volo, digero, poto,
Prandet, edit, comedit, ſorbet, coquo, concoquo, cęno.

Expoſitio.

Tranſitiuus ordo neutrorum regit a fronte nominatiuũ, a tergo accuſatiuum, ſemino as, tundo is, aro as, colo is, ſero is, conſero is, planto as, Ventilo, as, pulſo as, pinſo is, trituro as, potiſſo as, condio is, vello is, meto is, texo is, ſuo is, diſſuo is, filo as, ſarrio is, meio is, peto is. Vanno as, volo vis, digero is, poto as, prandeo es, comedo is, ſorbeo es, coquo is, edo es, conquo is, cęno as.

Tran-

Transitiuus ordo deponentium.

Accusatiuum patientem his iungito verbis
Arbitror, vlciscor, fateor, sequor, aggrediorque,
Solor, consolor, prædor, percontor, opinor.
Deprecor, & populor, liceor, meditor, miserorque
Metior, & metor, dignorque, precorque, loquorque
Aucupor, & Venor, furor, reor, atque recordor
Alloquor, aspernor, scrutor, nanciscitur, atque
Præstolor, operior, lucrorque, & sciscitor, vna.

Expositio.

Transitiuus ordo deponentiū, a fronte requirit nominatiuum, a tergo accusatiuum, Arbitror aris, vlciscor is fateor eris sequior eris, aggredior eris, solor, aris consolar aris, pdor aris, pcontor aris, opinor aris, deprecor aris, populor aris, liceor eris, meditor aris, miseror aris, metior iris, metor ris, dignor aris, precor aris, loquor eris, aucupor aris, Venor aris, furor aris, reor eris, pstolor aris, operior iris, lucror aris, sciscitor aris.

Effectiuus ordo neutrorum.

Inferius sextum, aut quartum cum propter habebunt
Gaudeo cum caleo: rubeo nigretque viretque
Et tepet & friget, stupet, & cum turgeo floret.
Albeóque, & liqueo; cum macreo, splendeo, pollet.
Ægroto, pallet, madeo, tu meóque doletque.
Pingueoq; annumeres, & meret & horret, & ardet.

Expositio.

Effectiuus ordo neutrorū construitur a fronte cum nominatiuo patiente, a tergo verò cum ablatiuo agente sine præpositione, vel cum accusatiuo ob vel propter: Gaudeo es, caleo es, rubeo es, nigreo es, tepeo es, frigeo es, stupeo es, turgeo es, floreo es, albeo es, liqueo es, macreo es, splendeo es, polleo es, ægroto as, palleo es, madeo es, tumeo es, doleo es, pingueo es, mereo es, horreo es, ardeo es.

Effe-

Effectiuus ordo deponentium.

Inferius sextum aut quartum cum propter; habebunt
Hæc Lætor, stomachor, tristor, baccorque querorque
Atque verecundor, delector, glorior, atque
Crapulor, indignor, morior, irascor, & vltra.

Expositio.

Effectiuus ordo deponentium requirit a fronte nominatiuum patientem, a tergo ablatiuum agentem, vel accusatiuum cum ob: vel propter.

Lætor aris, stomachor aris, tristor aris, bacchor aris, quæror eris, verecundor aris, delector aris, glorior aris, crapulor aris, induor eris, morior eris, irascor eris.

Separatiuus ordo neutrorum.

At vel ab hic poscit cum sexto protinus ordo
Et vapulo, venit, nec non licet, exulo, nubo.

Expositio.

Separatius ordo neutrorum poscit a fronte nominatiuũ patientem: a tergo ablatiuum agentem cum præpositione, a vel ab, vapulo as venio, is, liceo es, exulo as, nubo is.

Separatiuus ordo deponentium.

A, vel ab, hic poscit cum sexto protinus ordo.
Nascitur, atque oritur, patioque, adiunge renascor.

Expositio.

Separatiuus ordo deponentium requirit à fronte nominatiuum patientem, à tergo ablatiuum agentem cum a vel ab:

Nascor erit, orior iris, renascor eris.

De communi.

Quæ actiuæ quarto, passiuè iungito sexto,
Largior, experior, veneror, moror, osculor, hortor,
Criminor, amplector, nec non interpretor, atque
Hospitor, Hæc nunc sunt omnia verba: sed olim
Multa alia antiquis communia verba fuerunt

Expo-

Expositio.

Commune verbum vtramque retinens significationem, si actiuę significationis fuerit, vt actiuum, sine passiuæ, vt passiuum construitur, Largior iris, veneror aris, moror aris, osculor aris, hortor aris, criminor, aris, amplector eris, interpretor aris, hospitor aris, Verũ largior, amplector, osculor, vt in maioribus actiuè tantum vtimur. Cic.

Impersonale duplex passiuæ, & actiuæ vocis.
De impersonalibus passiuæ vocis,

Hæc præse poscũnt sextum communiter vsu,
Post se nullum dederis, vt regula casum:
Absoluta volent, acquisitiua suorum,
Neutra ante, & post se verborum tempore casus
Itur, vt ad generum Cereris sine vulnere paucis,
Atque ibi Iunoni styræ sernitur ab illis:
Scribitur, & legitur fertur que auditur, amatur,
Prandetur, bibitur, statur, seruitur, amatur,
Prouenit à verbis quorum iam finis, in o, stat
Quæque etiam signant passum carere iubemus.

Expositio.

Verbum Impersonale passiuæ vocis construitur à fronte cum ablatiuo, a tergo vero nullum exigit casum, nisi fuerit, à neutris absolutis, & acquisitiuis, quæ post se suos flagitant casus formatur solum à verbis desinentibus in o, significantibus actionem.

De Impersonalibus actiuæ vocis.
Quorum ordines sunt sex.

Primas habet genitiuum, dandi tenet ordo secundus.
Tertius

Tertius accusa; quartus cum præpos; eundem.
Infinita volunt post se, quod flagitat vsus,
Dat quintus sextum casum; dat sextus & Accu.

Expositio.

Quoniam ordines impersonalium actiuæ vocis sunt sex. primum ordo poscit à fronte genitiuum, a tergo infinitum quod est commune primo, secundo, tertio, & quarto ordine, sine quo personalia fiunt. Secundus poscit à fronte datiuum. Tertius accusatiuum. Quartus etiam accusatiuum cum præpositione ad, Quintus à fronte ablatiuum a tergo datiuum patientem, Sextus accusatiuum a fronte, a tergo vero genitiuum agentē, vel infinitum.

Verba primi ordinis.

Hæc patrium poscunt a fronte; sed ingerit, infi.
Quinque tamen sexti, sed erunt pronomina casus
Nempe mea, nostra tamen atque, tuaque, suaque,
Inter & est refert, duo sunt hæc ordine verba.

Expositio.

Primus ordo impersonalium actiuæ vocis poscit, a fronte genitiuum, exceptis mea, tua, sua, nostra, & vestra: a tergo infinitum, Interest erat, fuit, refert, bat, tulit.

Secundus ordo.

Hæc a fronte sibi dandi, deposcere casum.
At ergo discas infini, quo sine perso.
Accidunt atque vacat, præstatque, placetque, libetque
Euenit, & restat, conducit, sufficit atque,

Con

Expositio.

Quintus ordo sibi poscit a fronte ablatiuum agẽtem cum præpositione, a tergo vero datiuum patiẽtem Benefit, ebat, malefit, ebat, satis fit, ebat.

Sextus ordo.

Hæc infinitum poscunt, casumque secundum *genitiuum*
Post se, sed quartum a fronte, sibi verba requirunt.
Depudet, & tædet, miseretque, pigetque.

Expositio.

Sextus ordo requirit a fronte accusatiuum patientẽ, a tergo genitiuum agentem vel infinitum, Depudet bat, tædet bat, miseret bat, pudet bat.

De famulatorijs.

Debeo cum possum, soleo, volo, desinit, atque
Incipio seruos, infini dicito: namque.
Si seruit perso, tunc personale vocabis
Imperso. dices impersonale genusque
Nanque putes, quod sunt veluti quibus ipsa cohærent,
Sed volo non nanque tu impersonale tenebis.

Expositio.

Famulatoria verba, illius sunt generis cui adhærent, & illius constructionem quoque seruant à fronte, sed seruiunt infinitiuis verborum, Debeo es, possum tes, soleo es, volo vis, desino is, incipio is.

De infinitis.

Exigit, in frui: fuerit si perso. vel accu.
Ante vel imperso. casus, quos verba requirunt,
Post se, tu verbi casus, signare memento.

Expositio.

Infinitiuum cum sit duplex personale, & impersonale: Personale accusatiuum poscit à fronte a tergo vero casus sui verbi; Impersonale requirit a fronte & a tergo verò casus suos.

De Gerundio.

Di, Do, Dum, voces cognoſcas ipſe gerundi
Nomina, depoſcit Di, Do, ratione duali
Abſoluta voces, cum ſint ſine coniunge præpo.
Poſt ſe quos verborum caſus depoſcit habendo,
Si præpo furit concordant, ſubſtat, & adiec.
In dum ſi verbum caſum depoſcit, ab accu.
Adiectum veluti ſi ſtarent ſubſtat, vt aiunt.

Expoſitio.

Tres ſunt terminationes gerundij in Di, Do, in Dum; in Di, ſemper a nomine præſertim ſubſtantiuo dependet, poſt ſe regit caſus ſui verbi; in Do, dupliciter regitur, abſolute, & cum præpoſitione vt in maioribus: in Dum cum præpoſitione &, vt plurimum ſine caſu poſteriore; ſi vero; verbum ſuum regat poſt ſe accuſatiuum ſit gerundium adiectiuum, & concordat in genere, numero, & caſu, vt adiectiuum cum ſubſtantiuo.

De Supino.

Supinum in Vm.

Semper in um pendens a verbo mota ſupinum
Adſignante locum retinet poſt ſe vltima caſus
V, pendens paſſum mobili de nomine, poſt ſe
Non caſus, poſcit, fuerit caſus, abhorret.

Expoſitio.

Cum duo ſint ſupino in Vm, & in V, in Vm, dependens, a verbo ſignificante motum ad locum, regit poſt ſe caſus ſui verbi; in V, verò paſſiuum dependens a nomine adiectiuo, nullum poſt ſe caſum depoſcit, & ſi habueris re ſoluitur per Vs, & verbum.

De

De Participijs.

Ans,ens,& rus, tus si duo iam singula seruant.
Attendas tempus,formam signatio,de ri.
Intersint parti; post tergum construe more
Tu verbi: vtrum statuas à fronte perinde
Ac substans adiec:sin forsan terna repugnant
Quominus id fiat parti tum cuncta resoluas.
Transit,& in nomen,si sint constructio,compos.
Temporis ad missum,reliquum tibi regula monstret.

Expositio.

Participium in ans, vel in ens, præsentis temporis, in rus, & in dus futuri, in tus præteriti perfecti esse scias; ante se nihil regit;post se casus sui verbi. quatuor in eo considera,tempus,formationem, significationem, & deriuationem; ita impediūt participium, & tribus modis transit in nomen; hæc omnia in maioribus lege.

De Comparatiuis.

Comparatiuo.
Comparata quatuor Sermonis partibus vnde
significat.
Formantur signat magis adiec.nomine iunctum
Additur l primo or. forti sic fortior vsque
Ablatiuum
Ablatum,post se poscit post alterum,& vltra,
positiui *genitiuum*
Iam positi casus,genitiuum deposcit,vtrumque
Plus,minus,in numero ; mensura,pondere fixum.

Expositio.

Comparatiuum formatur a quatuor partibus orationis, significat aduerbium magis, & a prima voce desinente

in I,formatur addita or,vt forti,fortier,regit post se ablatiuum.sine præpositione & vltra alterum ablatiuum admittere potest ex natura excessus,& etiam casus sui positiui. Plus,& Minus substantia,requirunt a tergo genitiuum,vt plus vini,& nummorum, & significans rem consistentem in numero,mensura,& pondere.

De Superlatiuo.

Terminat in ssimus, genitum plurale superla.
Exigit a tergo generis si protinus esset
Eiusdem patriæ,studij,vel gentis & oræ.
Multo plus retinet,quod monstrat dictio latè
Optimus es Venetum,Venetæ,vel gentis amice.
Si fueris Venetus,sin secus dicito multo
Es melior Venetis. FAGVS, tibi plurima signat
R, quoque rimus habet veluti nunc pauper adhæret
Quod duxit rimus facies pauperimus ipse.

Expositio.

Superlatiuum terminans in ssimus, formatur à prima voce in I,addita ssimus,vt forti fortissimus, exigit à tergo genitiuum pluralem,vel singularem nominis collectiui sui generis, vt Hector fortissimus Troianorum , vel Troianæ gentis,a vocibus incipientibus ab hisce Fagus facilis,Agilis.gracilis,humilis,& similis,addita limus remota is,vt facilis,facillimus. Pauper,pauperrimus.

De relatiuis.

Nempè Relatiuum signat tibi nomina cuncta
Adiecti; Qualis,quantus,quot,quotus,& inde
Cuius vel bini terni vel singula dicas.
Sum doctus qualis,magnus tu,quantus,& asses
Quot tibi sunt?primus,quotus vel singula poma.
Mercatus quadrante dedi,quos diligo,dono,
Discipulis,Cuias Italus de gente Salerni.

Expo-

Expositio.

Relatiuum accidentis, quod cum subsequente substantiuo concordat, in genere, numero, & casu: refert semper antecedens adiectiuum, & sunt hæc. s. Hic & hæc Qualis, & hoc Quale: Quantus, quanta, quantum; pluraliter Quot, Quatus, ta, tum. Cuius, a, um; Singulus, læ, la; sic Bini, æ, a, &c.

De distributiuis.

Distributiuum Participium Interrogatiuum.

Distrib. in his, partit. dicas interrogat, atque
Illa tenet totum diuisum partibus hisce.

Expositio.

Distributiuum, vel partitiuum, & interrogatiuum discas in his versibus, illa. s. distributiua & partitiua tenent totum pluralem diuisum in his partibus, vt quilibet, quidam, &c.

De distributiuis, & partitiuis.

Quilibet, & quidam, atq; aliquis quicunq; Alius, quis
Alter, vter, simul alteruter numeralia, vt vnus
Quisq; ambo affirmant quicunq; atque omnis vterque
Nullus, nemo negant etiam coniungito neuter
Hæc genitiuos poscunt plurales, ablat. & accus.
Discipulum quidam discit, sed, discere quidam
Contemnit; duo, si fuerint; tu dicito neuter
Quod negat; affirmat, si discas lector vterque.

Expositio.

Distributiuum, & Partitiuum exigunt genitiuum pluralē, vel ablatiuum, Accusatiuum vel cum præpositione, vt Discipulorum aliquis est bene moratus, aliquis vero agrestis. Horum aliquod est affirmatiuum, vt Quisque, ambo, aliquod negatiuū vt nullus, nemo, neuter, & huiusmodi. Verum affirmatiuum duorum est vterque vel ambo; plurium vero aliquis omnis, quisque, &c. negatiuum duorum est neuter, tra, trum, plurimas vero nullus, a, um, nemo, &c.

De Interrogatiuis.

At quis vter, qualis, quantus, quot, quotus, & inter
Sæpe rogatiuum cuias, cuius que videto.

Expositio.

Interrogatiuum est vel duorum, vt quis & vter, vel pluriũ, vt quis: vter oculorum vel quis oculorum melius videt? de pluribus, quis militum est audentior?

De Aduerbijs localibus.

Hæc vbi, si status, motus Quo, transitus esset
Qua, sic vnde venis? Quorsum, sic hactenus ibis,

Expositio.

Aduerbia localia significans: aut statum in loco vt vbi, vel motum ad locum, vt quo : vel transitum per locum, vt qua: vel discessum de loco, vt vnde: vel versus, & vsque ad locum, vt quorsum, & hactenus,

Aduerbia significantia statum in loco sunt hæc.

Hic, illic, intus, foris, vsquam, nusquam, ibi, ibidẽ, vbique, alibi, alicubi, sicubi, necubi, vbiuis, vbilibet, vbiubi, vbicunque, vtrobique, superius, inferius, vbi.

Aduerbia significantia motum ad locum.

Huc, istuc, illuc, intro foras, vsquam, nusquam, si quo, nequo, aliquo, vtroque quocunque, quoquo, quouis, quolibet, eo, eodem supra, infra, quo,

Significantia transitum per locum.

Hac, illac, intus, foris, siqua, nequa, alia, aliqua, vtroq;, quocunque, ea, eadem, qua.

Significantia discessum de loco.

Hinc, istinc, illinc, intus, foris, sicunde, necunde, aliunde, alicunde, vndecunque, vndique, vtrinque, vndeuis, inde, superne, inferno cælitus, funditus, vnde.

Si-

Significantia locum versus.

Horsum, istorsum, illorsum, siquorsum, nequorsum, aliorsum, aliquorsum, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, vel leuorsum, vtroque, versum, quorsum.

Significantia vsque ad locum.

Hactenus, hucusque, istucusque, illucusque, eousque, quousque.

De constructione propriorum nominum, vt Vrbium, vt oppidorum, vt pagorum, & huiusmodi.

Prima secunda locat patrios inflexoque statum
Si signat, si plu: si tertia flagitat, ablat,
Ad quem locum motum flexi cuiusque vocetur,
Ad signat quartum, Per, De, tu poscito sextum
Vsque locum, versus, quartum sic cernito casum.

Expositio.

Primæ & secundæ declinationis nomina simplicia Vrbiū oppidorum, & huiusmodi iuncta cum verbis significantibus statum in loco vel per modum status, locatur in genitiuo, verum si pluraliter tantum declinātur, vel fuerint tertiæ declinationis, ponuntur in ablatiuo.

Nomina propria cuiusuis fuerint declinationis, si iungantur cum verbis significātibus motum ad locum, vel per modum motus, in accusatiuo statuuntur.

Si transitum per locum, vel discessum de loco, semper in ablatiuo locantur, si versus locum, vel vsque ad locum in accusatiuo; vt latius patet in maioribus. Notandum quòd nomen proprium aduerbialiter non admittit præpositionem.

De nominibus appellatiuis, vt prouinciarum regionum insularum montium, fluminum, propriorum hominum, belluarum, & huiusmodi.

Si statum videas sexto cum præpo. locabis.
Si motum quarto: si per deposcit eundem

Deque loco ſextum,verſus,ſemel ipſe locato.
Vſque magis præpo,bis iungas protinus accu.

Expoſitio.

Nomina appellatiua & compoſita, ſi iungantur cum verbis ſignificantibus Statum in loco,ponuntur in Ablatiuo cum præpoſitione, ſi, cum ſignificantibus motum ad locum, in Accuſatiuo cum præpoſitione ſi, tranſitū per locum in Accuſatiuo cum Per, ſi diſceſſum de loco in Ablatiuo cum præpoſitione ſi verſus,vel vſque ad locum in Accuſatiuo & hæc færè ſemper cum præpoſitione.

De Figuris.

Eſt figura triplex conſtructi,docis,& vna
Senſus,grammaticum conſtrue:vox ſola poetas
Nempe decet cunctos ſententia digna latinos.

Expoſitio.

Figura eſt triplex conſtructionis verborum, & ſententiarum. Figura conſtructionis pertinet ad grammaticum, verborum ad poetas, ſentētiarum ad vniuerſos latinos ad poetas & oratores.

De figuris conſtructionis octo.

appoſitio.
Syntheſis,appoſitum,prolepſis,Zeuma,Sinedoche
euocatio.
Antiptoſis item,ſyllepſis,& euocat octo.

Expoſitio.

Octo ſunt figuræ conſtructionis.ſyntheſis,appoſitio,prolepſis, Zeugma,ſyneche,antiptheſis,ſyllepſis, & euocatio, vt in maioribus.

De figuris verborum & vocis octo.

Sincopa de medio tollit quod epentheſis auget
Apocope eum tollit finem,quem dat paragoge
Apponit protheſis caput,id quod aphereſis,aufert.
Antitheſis,& mathatheſis.


Expo-

Sincopa, vt amasti pro amauisti, pericla pro pericula, epenthesis contra, vt mauortis, pro martis: apocope, vt sat pro satis; paragoge contra, vt dicier pro dici; prothesis, vt renarro pro narro; apheresis contra, vt temno, pro contemno.

De figuris sententiarum quæ sunt tredecim saltem.

Antiphrasis, parcas antonomasia, vatem
Virgilium monstrat, hyperbole tardior vna
Aposiopesis, vt tu ne ille; eclipsis, vt hæc iam
Secum; Metaphora & nunc omnis parturit arbos
Sic etiam catachresis, vt parricida pro patris vel cuiusuis interfectore.
Metonimia vel hyppallage vt bibi cyathum Vini, & Ceres pro frumento.
Onomatopeia, vt vagitus pro voce infantis.

FINIS.



DE

DE MVLTIPLICI RATIONE.

VARIANDAE ORATIONIS.



QVID est Epistola? est absentis ad absentem colloquium.

Vnde dicitur Epistola? Ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est mitto, mando, iubeo: vt Mancinellus, vel vt inquit Valla, ab ἐπὶ, quod est supra, & στολὴ, missio.

Quare inuenta est Epistola? Vt certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire aut nostra, aut ipsorum interesset.

Quæ nam est materia Epistolarum? Quæ re constant, vel animo concepimus, ea absenti cuipiam insinuare.

Quis finis est Epistolarum? Absenteis, velut præsenteis alloqui.

Quot sunt epistolarum genera stricto modo? Tria.

Graue: vt de rebus diuinis, vt Epistolæ Pauli. Iacobi.

Mediocre: vt de rebus seueris: vt de Repub. de Imperio, deque statu Regnorum, & huiusmodi.

Infinitum: vt de rebus familiaribus: vt Cic. epist.

Large

Largo vero modo sunt multa; quæ sub his tribus generibus continentur, Demonstratiuo, Deliberatiuo, & Iudiciali.

Sub Demonstratiuo genere sunt Epistolæ.

[Eucharistica,] circa gratiarum actiones.
[Gratulatoria,] circa cuiusque boni lætitiam.
[Laudatoria,] circa fortunæ, corporis, animi bonorum laudes.
[Iocosa,] circa ludicra, iocos & huiusmodi.
[Narratoria,] seu [Expositoria,] circa cuiusque narrationem.
[Nunciatoria,] seu [Communis.]
[Criminatoria,] seu, [Detestatoria] circa vitiorum detestationem.

Sub deliberatiuo genere.

[Commendatoria,] cum absenti quippiam commendamus.
[Monitoria,] cum aliud absentem monemus.
[Consolatoria,] cum absens consolamur de re tristi.
[Suasoria,] seu Hortatoria, cũ absentibus aliquid suademus, vel ad aliquid hortamur.
[Dissuasoria,] seu [Dehortatoria,] cum a re aliquid dehortamur absentes vel dissuademus.
[Iracunda] vel [Inuectiua,] cum in aliquem litteris inuehimur.
[Petitoria,] cum aliquid ab absentibus petimus.
[Pollicitatoria,] seu [Munifica,] cum munifice aliquid absentibus pollicemur.

Sub Iudiciali Genere.

[Conquestoria,] seu [Lamentatoria,] cum de re quapiam in absentem querimur.

[Accu-

[Accusatoria,] cum aliqui, vel aliquem accusamus.

[Excusatoria,] seu [Expurgatoria,] cum nobis obiecta ex purgamus.

[Reprehensoria,] cum aliquid in absentem redarguimus.

Accidunt etiam, quæ diuersi generis esse possunt.

[Amatoria,] vel Honesta, vel Turpis.

[Regia,] in qua Regum, vel Principum, vel magistratuum mandata referuntur.

[Mixta,] quæ varias epistolarum species tangit.

Vniuersæ, & singulæ Epistolæ tria continens Res, Verba siu Elocutiones, Artem.

[Res,] vt est earum materia, vel negotium.

[Verba; vt Simplex Coniunctum & Translatum, quæ suã habent phrasim.

Simplex: quæ in sua propria accipitur significatione, vt te amo.

Coniunctum: quum duæ plures vt dictiones elocutionẽ faciunt: vt te vnica diligo.

Translatum: quum metaphorice loquimur: vt te in oculis fero.

Considerandà in Simplicibus, Coniunctis, & Translatis.

In simplicibus vt verba magis propria atque congruentia deligantur, vt [Pietas] in parentem magis congruit quã amor & beneuolentia. Sic etiam in aduerbijs, perfectẽ eruditur potius, quam, absolute, plene vel cumulate.

In coniunctis idem seruandum: vt in senatu suffragium fero, magis propriè dicitur quam opem vel auxilium.

In translatis idem considerandum, vt in [Lucretiam] amore ardeo, congruentius quàm in oculis fero.

[Artem,] vt qua ratione, & ordine conficiamus epistolas: res & verba disponentes, & id ad orationem pertinet.

Episto-

[Epistola] quæque sit pura, latina simplex, quæsito carens ornatu: & ita breuis, vt sinistram legentis manum non impleat (vt ait Seneca) perspicua, dilucida, & non obscura. Sint verba propria, rectus ordo non in longum dilata conclusio, nihil desit, nihilque supersit. Verbum inauditum, atque insolens, tanquam scopulũ fugiamus.

In his sequamur verba clara, benesonantia & illustria.

Fugiamus nimis antiqua, vulgaria, inculta, obscura, ambigua, & nimis aspera.

In epistolarum compositione.

Prima cura, ac diligentia sit sententiarum.

Secunda verborum.

Tertia componendæ orationis.

Si nouis, atque recentioribus vocabulis vti necesse sit, veteres latinos auctores imitemur. vt

[*L'Artegliaria, o Bombarda,* Tormentum militare, vel Aeneũ potiusquã bombarda dicatur quo veteres sunt usi.

Si non reperiant apud antiquos, vtamur periphrasi, idest, circumlocutione, il capo fuoco, Tripos focularis.

Si fortasse non occurrerit, quodammodo sit dicendũ, vtamur his vocibus (vt aiunt) il cossetto, vt ita dicã, vt vulgo appellat, cossetto.

Epistola complecti debet quinque partes, scilicet
Salutationem.
Exordium.
Narrationem.
Petitionem, & consilium.
Conclusionem.

Vtimur salutatione.

Salutatio fit, cum nostrum, eiusque nomen ad quem scribimus, in fronte epistolæ inscribitur, apposito dignitatis, & officij titulo, vt

Hieronymus Cosmo Florentiæ Duci. S. P. D.

Exor-

Exordio vtimur, cum illius, ad quem scribitur, nobis attentionem, vel docilitatem, vel beneuolentiam sedulo captamus.

Narratio erit & causa, si vnde id fiat, quod narrare intẽdimus, breuiter aperiemus, & exinde rẽ ipsã narrabimus.

Petitio constabit quatuor reb. scilicet Possibilitatẽ, seu Facultate; Honestate; Modo, & Remuneratione, vt quod cupimus, facilè consequemur.

Conclusio constabit, Persona, vt Vale: Loco, vt Romæ, Venetijs, & Tempore, vt Calendis, nonis, ibid. Ian.

Caracther erit extra Epistolam, vt Hieronymus Philippo Venutio. S. P. D.

Intra Epistolam seruando elocutionis præcepta, & puncta, quæ sex habentur, scilicet.

Suspensiuum	hoc modo:
Comà	hoc modo,
Colon	hoc modo;
Periodus	hoc modo.
Interrogatiuum	hoc modo?
Parenthesis	hoc modo (vt inquit)

Verum ex his quinque partibus, quas epistola complectitur, tres non sunt omittendæ, scilicet

Salutatio,
Narratio,
Conclusio.

Tria potissimum in Epistolis sunt vitanda.

Barbaries,
Obscuritas,
Inordinatio.

Barbaries est, si barbaris vocabulis vsus fueris, vt Treguã pro inducijs: & guerram pro bello: vel si dictiones inueteris, vt pro stellæ, stexæ; pro fixe, fille, & longam syllabam breuiaueris, & breuem produxeris.

Solecismus est, si incongruè, & contra grammaticas insti tutio-

tutiones locutus fuerit, vel si scripseris. vt Pater mea amas nobis, & huiusmodi.

Obscuritas erit, si impropriè quid dixeris, & in verbis ab vsu remotis versatus fueris.

In ordinatio fiet, si compositionis ordo peruertetur, non seruatis orationis ordine, iunctura, & numero, vt Fab. præcipit lib. nono, & hæc tria in omni compositione sunt necessaria.

De ordine.

ORDO est compositio verborum aptis, & accommodatis locis, huius obseruatio consistit in verbis singulis, & contextis.

Singula sunt sine compositione: contexta vero cum compositione.

Singula, vt veni, vidi, vici.

Cum compositione, vt Iustitia est, ex qua, & oppida, & ciuitates, & prouinciæ, & regna, atque imperia gubernantur. conseruantur, atque amplificantur.

De Iunctura.

Iunctura est in verbis incisis, & sic est coma: in membris, & est Colon; in conclusione, & sic est Periodus.

Coma est sensus non expleto numero conclusus: vt & si vereor Iudices.

Colon est sensus numeris conclusis: vt ne Turpe sit pro fortissimo viro dicere.

Periodus, quæ fit ex Commate, & colon, & est extrema sententiæ clausula.

Periodus non debet esse longior, quam vt vno spiritu pro feratur.

In iunctura vitandus est concursus & prioris, sequentis syllabæ; vt Cæca caligo, Dorica castra, Reliqui Quirites, ille legit: Amor mortalis.

Item, sic syllabæ verbi prioris sint vltimæ, primæ sequentis vt luce lucebat, & ò fortunatam natam me consule Romam.

Item

Item vocalium concursus, vt ego omni officio, ac potius &c. egredere è domo aliena Antoni.

Item eiusdem literæ nimia assiduitas, vt ò Tite tute tuti tibi tana Tiranne tulisti: sic Machina multa minax minatur maxima muris. &, Cassius curans custodire communem Ciuitatem. &, cæteri de re certa certantes Cæsarem cœperunt.

Item eiusdem verbi nimia fugienda est assiduitas, vt nam cuius rationis ratio non constat, ei rationi ratio non est fidem habere.

Vltentur consonantes asperiores, vt error Romuli: sextus Roscius, præsertim in S. & X.

Versum in soluta oratione aeri totum, est fœdissimum, sic etiam in parte deforme: vt constituunt placuisse Catoni & huiusmodi.

De Numero.

NVMERVS est modulatio, seu consonantia ornatæ orationis, quem etiam Rythmum vocamus.

Rythmus est modulata imago versus, cum habeat peum, temporumque iuncturam cum lenitate.

De Elocutione.

ELOCVTIO est idoneorum verborum, & sententiarum ad inuentionem accommodatio.

Elocutio est triplex.

Sublimis: quæ constat ex rerum, & verborum grauitate, ornata compositione.

Mediocris; est sublimi humilior, attenuat grauior oratio.

Attenuata est, quæ tam verbis, quam compositione, vsq; ad vsitatissimam puri semonis consuetudinem demissa est.

Elocutio tria debet habere.

Elegantiam,
Compositionem, &
Dignitatem.

Elegantia est quædam verborum electio, & collocatio,

quæ

quæ facit, vt vnaquæque res purè, aperte dici videatur, vel

Eſt venuſta verborum concinnitas, dulcem auribus ſonũ afferens.

Huius regulæ, ſeu modi ſunt plurimi, vt

[Sit] obliqua oratio, & à poſterioribus caſibus cœpta in verbum deſinat, vt

Capharus comparauit ſibi magnum nomen, ſuis virtutibus, elegantius dicitur. Virtutibus ſuis præclarum ſibi nomen Capharus comparauit.

[Vniuerſalis] dictio, vel affirmatiua, vel Negatiua, in fine clauſulæ orationem ornat, vt

Omnes laudant opera, quæ Capharus in lucem protulit, elegantius, Quæ Capharus in lucem protulit opera, laudant omnes. Sic quoque habeo neminem, quem tibi præferam in amore: pulchrius. Quem tibi in amore præferam, habeo neminem.

[Adiectiuum] nomen ſubſtantiuo præponatur, vt ſumma virtus, ſingularis humanitas, incredibilis amor, venuſtius quam virtus ſumma, Humanitas ſingularis, Amor incredibilis.

[Inter] adiectiuum & ſubſtantiuum conſimilis caſus aliquid inſeratur, vt innumera Caphari in liberos meos beneficia manent.

[Relatiuum] in obliquo caſu poſitum poſt ſe antecedens locabit, vt

Quas ad me tabellario dediſti literas, gratiſſimæ fuerunt.

[Pronomina] vt plurimum poſt ſubſtantiua ponantur, vt Litteræ tuæ: ſtudium tuum, Beneuolentia tua.

[Prępoſitiones] inter adiectiuum & ſubſtantiuum inſerantur, vt

Omni ex parte, Cæteris in rebus, Hanc ob cauſſam ſic quoque tua in me beneficia ad id agendum me maxime hortantur.

[Aduerbia]frequentius iuxta verbum locum vſurpant,vt Philippo Venutio viro clariſſimo familiariſſimè vtor.

[Genitiui] inter alios caſus aptiſſimè locantur vt Tuo vnius ſtudio. Singularis animi tui probitas: & ea eſt ingenij aut præſtantia.

[Alij] quoque caſu,inter genitiuos orationem honeſtant, vt. Huius Quirites auctoritas loci. Huius viri ea eſt amplitudo.

[Rectus] vel nominatiuus inter accuſatiuos plurimum habet veneris, vt Hunc tu non hominem amplecteris? Illum ego Platonem diuinum exiſtimo.

[Verbum] plerunque in fine clauſulæ ponatur, Vt quoniã niſi perfecta re de me non conquieſti,ego quia non idẽ in tua cauſſa officio,vitam mihi acerbam putem.

[Gerundium] in nomen Gerundiale,vel[vt aiunt] Gerundium vertatur, vt Tui viſendi ſtudio huc veni; Huius audiendæ lectionis gratia hic præſtolor; Ad virtutes vos capeſſendas hortor.

[Augetur] voci ſignificatio,cum Per, vel Perquam in poſitiuo : longe in comparatiuo : Quàm in Superlatiuo. vt Sebaſtianus Contarenus eſt adoleſcens. Per humanus, vel Perquam humanus : Longe Titio humanior: vel omnium quàm humaniſſimus exiſtimatur.

SI Adiectiuum, & ſubſtantiuum ſimul incidant. Adiectiuum in ſubſtantiuum neutri generis quandoq; vertitur,vt Nullas litteras, Nihil litterarum accepi Multã pecuniam, Multum pecuniæ conflauit; Paruam rem, Parum rei dilapidauit.

Hæc elegantia diuiditur in Latinitatem, & Explanationẽ. Latinitas eſt incorrupta dicendi obſeruatio ex vſu latinorum.

In hac duo ſunt vitanda. Solœciſmus, & Barbariſmus, de quibus ſupra dictum eſt.

Explanatio eſt quædam perſpicuitas rerum,quæ apertam, & dilucidam reddit orationem.

Hæc

Hæc conſtat verbis vſitatis,& proprijs.

Vſitata verba ſunt,quæ in ſermone quotidiano, atque conſuetudine apud doctos verſantur.

Propria,quæ rei,qua de agitur conüeniunt, aut per Metaphoram accommodantur. Aues volant, proprium eſt; Fama volat,Metaphora.

Voces vulgo, Accentu, quibus vtimur, ſunt tres.

Acuta,quæ in hoc ſigno ſcribitur, vt tibique animiſue,
Grauis,vt à Pelio è dolio ferè, doctè, maximè,
Circunflexa vt nostras, Arpinas.

DE CALENDIS.

Quot dies habeant ſinguli menſes his verſibus conſtat.

Iunius,Aprilis,September, ſiue Nouember.
Triginta luces; reliquis tamen vna ſuperſit.
Octo & viginti Februarius accipit ortus.
Si Biſextus erit tunc vnus iungitur illi.

La Dichiaratione.

Trenta di Nouembre, Aprile, Giugno, e Settembre ha di vent' otto ce n'è vno, tutti gl'altri n'hà trent'uno.

SEX Nonas Maius,October,Iulius, & Mars,
Quatuor eſt aiij,tenet Idus quilibet octo.

La Dichiaratione.

Maggio,Ottobre,Luglio,& Marzo hanno ſei nonne,ma gl'altri n'hanno quatro,& ciaſcun meſe ha otto Idi.

Idibus expletis quot luces quære ſuperſint,
Inde diem menſis primum ſuperadde ſequenti.

La Dichiaratione.

Finiti gli Idi, vedi quanti dì vi reſtano inſino all'vltimo del meſe, aggiungendoui dua dì più, & formarà ſei calende; come Maggio ha trent'vno dì, aggiungendoui doi altri dì, ſaranno

trentatre: da sedici insino al numero di trentatre ce ne sono dicesette, & però si dirà, alli 16. di Maggio: Decimoseptimo Calendas Iunias, vel Iunij: *Et così,* Sextodecimo Calendas *alli 17. Et così procederai similmente circa None, & Idi, aggiungendoui à questi vn giorno di piu. Ma nota per regola generale, che Marzo, Maggio, Luglio, & Ottobre, finiendo le none alli 7. & gli Idi alli 15. & gl'altri mesi le none alli 5. & gli Idi alli 3. numerarai in questo modo sempre al riverscio, come di sotto si mostrerà per essempio: ponendo il numero* in ablatiuo *& le none, & Idi* in accusatiuo.

Essempio.

Calendis Maij: *il primo giorno di Maggio, & così dirai di tuti li mesi.*

Sexto Nonas Maias: *il secondo di Maggio, perche dal secondo insino alli 7. ce ne vogliono cinque, aggiontoui vno, saranno sei, & così dirai* Sexto Nonas.

Quinto Nonas Maias: *alli tre, perche dalli tre insino alli 7. ve ne sono quattro, giuntoui vno saranno cinque, & dirai,* Quinto Nonas. *& così procederai per tutte le none, & Idi, come nell'infrascritto esempio.*

Quarto Nonas Maias; *alli 4. di Maggio.*

Tertio Nonas Maias; *alli 5.*

Pridie Nonas Maias; *alli 6. & nota che mai si dice,* Secundo Nonas, nè Secundo Idus, nè Secundo Calendas; *Ma sempre,* Pridie Nonas, Pridie Idus, Pridie Calendas.

Nonis Maij. *alli 7. di Maggio, & così vanno gli vltimi delle None, & Idi* in ablatiuo; *finite le nonne se pigliano gl'Idi, liquali a tutti i mesi sono otto, da otto insino à quindeci ce ne vogliono sette, aggiontoui vno, saranno otto, & dirai,*

Octauo Idus Maias, *alli 8. di Maggio.*

Septimo Idus, *alli 9.*

Sexto Idus, *alli 10.*

Quin-

Quinto idus,	*alli* 11.
Quartus idus,	*alli* 12.
Tertius idus,	*alli* 13.
Pridie idus,	*alli* 14.
Idibus,	*alli* 15.

Da sedeci insino a trent'uno ve ne sono quindeci, aggiungendo dua, saranno diecesette, & cosi dirai.

Decimoseptimo Calendas Iunias, vel Iunij: *alli* 16. de *Maggio. Et nota, che le calende sono sempre del mese sequēte.*

Sexto decimo Calendas Iunias;	*alli* 17.
Quinto decimo Calendas Iunias,	*alli* 18.
Quarto decimo Calendas,	*alli* 19.
Tertio decimo Calendas Iunias:	*alli* 20.
Duodecimo Calendas Iunias;	*alli* 21.
Vndecimo Calendas Iunias;	*alli* 22.
Decimo Calendas Iunias;	*alli* 23.
Nono Calendas Iunias;	*alli* 24.
Octauo Calendas Iunias;	*alli* 25.
Septimo Calendas Iunias;	*alli* 26.
Sexto Calendas Iunias,	*alli* 27.
Quinto Calendas Iunias,	*alli* 28.
Quarto Calendas Iunias.	*alli* 29.
Tertio Calendas Iunias,	*alli* 30.
Pridie Calendas Iunias.	*alli* 31.

DE MVLTIPLICI RATIONE VARIANDÆ ORATIONIS.



ATINA Oratio variari poteſt per ſimplicẽ elocutionem, Coniunctam, & Translatam.

per Simplicem.

Ho letto la voſtra lettera, la quale m'ha delettato.

Litteras tuas legi, quæ me delectauerunt.

per Coniunctam.

Ex litteris tuis & maxima, & plurima ſum voluptate perfectus: vel

Tuæ me litteræ plurimum delectauere: vel

Tuis ſum maxime litteris delectatus.

per Translatam.

Ex litterarum tuarum lectione, non parum mihi iucunditatis obortum eſt.

Hæc eadem per conuerſionem variari quoque poſſunt.

per Verba Actiua.

Litteras tuas legi, quæ me maximè oblectauerunt.

per Paſſiua.

Tuæ mihi litteræ quibus ſum maiorem in modum oblectatus, lectæ fuerunt.

per nomina Subſtantiua.

Ex litterarum tuarum lectione, maxima mihi voluptas emanauit.

per Adiectiua.

Litteræ tuæ mihi iucundiſſimæ fuerunt.

per Aduerbium.

Epiſtola tua me iucundiſſimè affecit.

per

per Gerundium.

Legendo litteras tuas, summo sum gaudio affectus.

per Gerundium Adiectiuum.

Legendis litteris tuis, mirifice delectatus sum.

per Participium.

Legenti mihi litteras tuas, maxima est illata voluptas.
Legens epistolam tuam, vndiq; sum voluptate perfusus.

per Negationem in Adiectiuo.

Epistolam tuam legere non ingratum, vel non iniucundũ mihi fuit, vel
Tuæ mihi litteræ non iniucundæ fuerunt, vel non exigua me voluptate affecerunt.

per Negationem in verbo.

Epistola sanè tua nulla me prorsus iucunditate priuauit, vel
Ex litterarum tuarum lectione, nulla vtique sum delectatione exutus.

per Affirmationem.

Tuas legisse litteras iucundissimum fuit.

per Admirationem.

Dij boni, quam maxime sum tuis litteris delectatus, vel
Dij immortales, quam optata mihi accidit epistola tua.

per Dubitationem.

Nescio an mihi quicquam litteris tuis iucundius esse potuit.

per Adiurationem.

Moriar, si litteris tuis mihi quicquam optat tuus continge re potuit.

per Exclamationem:

O quam suauissimas mihi litteras tuas extitisse liquet.

per Figuræ mutationem.

Quid mihi litteris tuis iucundius esse potuit.

per Interrogationem.

Quid non voluptatis mihi litteræ tuæ attulerunt?

per Chriarum varietatem. per casus.

per Nominatiuum.

Tuæ litteræ mihi lectæ non modica me voluptate affecerunt.

per Genitiuum.

Litterarum tuarum lectio non mediocrem mihi iucunditatem attulit.

per Datiuum.

Litteris tuis, quicquid mihi iucunditatis obortum est, sanè tribuo.

per Accusatiuum.

Litteras tuas, tantæ voluptatis meæ caussam extitisse vide.

per Vocatiuum.

O litteræ suauissimæ quantum mihi voluptatis attulistis.

per Ablatiuum.

A tuis equidem litteris profectum video, si quid animo meo voluptatis est illapsum.

PER SIMPLEX.

Hauendome tu affettione, la pigli per me.

Cum me amas, pro me contendis.

per Coniunctum.

Cum singularis me beneuolentia complectaris, omni contentione pro me certas, vel

Cum me vnice diligas, pro me acerrimè contendis.

per Translatum.

Cum incredibili in me amore flagres, vel ardeas, summo pro me studio altercaris, vel

Ob eximium tuum in me amorem es mei accerrimus patronus.

Substantiuorum in Adiectiua.

Cum sis mei amantissimus, cupidissimus, studiosissimus; te quoque in re mea solertissimum patronum ostendis.

per

per Negationem in Adiectiuo.

Cum non exigua me beneuolentia complectaris, non es piger in re mea patronus.

per Negationem in Verbo.

Cum me non aspherneris, in rebus planè meis non dormitas.

per Admirationem.

Dij Immortales in insigni tuo in me amore, quam mihi hic acriter patrocinaris.

per Dubitationem.

Me certe fugit, num in rebus te meis agendis, ob incredibilem tuam erga me beneuolentiam quis solertior inueniatur.

per Periphrasim.

Ita me sanè diligis, vt pro tuendis rebus meis nulli vtiq; laboris parcis.

per Adiurationem.

Dij me perdant, vel Ne viuam, vel Dispeream, si quis est ad res meas seruandas te propensior, cum mirum in modum me diligas.

per Interrogationem.

Quotusquisque ob summam tuam erga me pietatem, in me ab aduersarijs defendendo, est te nauior.

VARIATVR QVOQVE Oratio per Chrias.



HRIA, quæ latinè vsus interpretatur, est breuis commemoratio orationis, vel facti, vtriusque, quæ ad humanæ vitę commoditatem institutionemque pertineat, vt Isocrates aiebat, Virtutum radices amaras, fructus verò dulces.

Hæc enim vna est ex quatuor excitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas pręcipit.

Huius tres sunt species: Orationalis, Actiua, & Mixta.

Ortio-

Orationalis est: quę oratione horum vtilitatem demonstrant. vt Nihil est virtute magis cuique expetendum.
Actiua: quę factis aliquid vtile indicat, vt
Zeno rethoricam palmę, Dialecticam pugno similem esse dicebat.
Mixtaq; vtriusq; scilicet sermone, & Actione constat vt Diogenes intuitus adolescentulũ, nescio quid inepte, & turpiter agendum, illius pedagogum baculo percussit, dicens, cur puerum tam male instituisti?

Chriarum Varia elocutio.

per nominatiuum.

Isocrates dixit; Virtutum radices amaras, fructus verò dulces.

per Genitiuum.

Isocratis dictum fertur: Virtutem radices, vt supra.

per Datiuum.

Isocrati dicere placuit: Virtutum.

per Accusatiuum.

Isocratem dixisse ferunt: Virtutum.

per Vocatiuum.

O Isocrates, quam sapienter dixisti, Virtutum radices.

per Ablatiuum.

Ab Isocrate dictam accepimus, Virtutum radices amaras, fructus vero dulces.

In plurali fit idem.

Philosophi dixerunt.
Philosophorum sententia fuit.
Philosophis placuit.
Philosophos omneis ita sensisse aiunt.
O Philosophi quam præclare sensistis.
A Philosophis ita sancitum accepimus.

Chrarum elocutionis Varietas.

per singulos casus.

IL Casaro insegnando sollecitamente, non sparagna fatica alcuna.

per

per Nominatiuum.

Capharus sedulò docens, nulli labori parcit.

per Genitiuum.

Caphari solertissimè docentis studium nulla in re desideratur. *per Datiuum.*

Capharo accuratissimè docenti nulla vtiq; cura deest.

per Accusatiuum.

Capharum laboriosè docentem, assiduè laborare iuuat.

per Vocatiuum.

O Caphare dum sedulò doces, quid tu non operis obis.

per Ablatiuum.

A Capharo vigilanter docente, nullum prorsus onus subterfugitur.

VN homo dotto mai dice mal d'alcuno.

per Nominatiuum.

Eruditissimus quisque vir nemini detrahere studet.

per Genitiuum.

Eruditissimi cuiusque viri est neminem carpere.

per Datiuum.

Eruditissimo cuique viro nefas est alteri notam inurere.

per Accusatiuum.

Eruditissimum quemque virum in alterum dicere sanè dedecet.

per Vocatiuum.

O vir eruditissime, ecqua procacitate quempiam læsisti.

per Ablatiuum.

Ab Eruditissimo quoque viro est alienum quempiam petulanter insectari.

OGNVNO sa parlare ma pochi bene

per Nominatiuum.

Plurales multa loqui valent, ac pauci benè.

per Genitiuum.

Plurium vis est multa loquendi: at bene perpaucorum.

per

per Datiuum.

Pluribus multa loqui datum est, at bene perpaucis.

per Accusatiuum.

Plures multa loqui nouimus, at bene pauciores.

per vocatiuum.

O quam plures multa loqui scimus, at rectè quã paucos.

per Ablatiuum.

A pluribus dici plurima cernimus, at a paucis, rectè pauca.

Exempla Chriarum Orationalium.

QVANTO l'huomo è piu dotto, tanto piu conuiene che sia ben creato.

Cuiusque viri eruditio eo præstantior existimatur, quò honestiores illius mores erunt, vel

Quo quisque est eruditior, eo moratum mellus esse decet, vel

In litterarum candore, vitiorum labem inesse nefac est, vel

Vbi bonarum artium scientia floret, ibi nulla flagitiorũ libido vigere debet, vel

Eruditissimus quisque omni vitiorum labe careat; necesse est, vel

Qui erudiendis adolescentibus sanè præest, ab omni eum prorsus vitio alienum esse decet.

Exemplo Chriarum Actiuarum.

CHI attende a star bene del corpo, non si cura dell'anima.

Qui corpori planè seruit, is animo valere nequit, vel

Qui corporis delitijs omnino studet, ab eo honestatis exẽpla peti non possunt, vel

Qui corporis se voluptatibus tradit, cum animi bonis inseruire difficile est, vel

Qui corporis lenocinijs indulget, illius animus elanguescat oportet.

Exem-

Exempla Chriæ mixtæ.

CHI non vuol durar fatica, non può acquistar virtù.

Is virtutum decus sibi comparare non potest, qui se à laboribus abdicarit.

Qui laborum asperitatem fugerit, ab eo virtus procul absit, est necesse.

Nec hominum quisquam honestatem assequitur, qui laborum magnitudinem non sustinuerit.

Qui laborem ferre nequit, virtutis formam intueri nullo modo poterit.

Vacuus à labore, alienus à virtute.

Est alter quoque variandæ orationis modus, per Figuras.

IO ho letto la tua lettera, la quale molto m'ha dilettato.

per Periphrasim.

Literarum tuarum festiuitate, non mediocri sum equidē iucunditate affectus.

Periphrasis est copiosior rei descriptio, atque circum locutio: Dicta à περὶ, quod est circum, & φρασις, locutio, Fit, cum quod paucioribus verbis dici potest, pluribus explicatur.

Hor. Troiani belli scriptorem Maxime Lolli: idest Homerum.

Virg. Hæc vbi dicta dedi Phœbi longæua Sacerdos: id est Syllaba.

per Methonymiam.

Tuæ mihi tabellæ singularem lætitiam attulere.

Methonymia est quædam veluti transuominatio à propria significatione ad vicinam traducta: Dicta à μετά, quod est Trans, & ὄνομα quod est nomen, quasi transmutatum nomen: Hæc ea est, quoties contentum pro continente inuentum pro inuentore, Possessorem pro possesso. Effectū pro efficiente, aut contra vsurpamus

Virg.

Virg. Nunc pateris libate Ioui; hoc est vinum.

Virg. Et vina coronant id est calices.

Ter. Sine Cerere, & Baccho friget Venus; idest sine pane, & vino, libido languescit.

Hor. Pallida mors æquo: idest quæ pallidos efficit.

per Hyperbolem.

Incredibilem mihi voluptatẽ litteræ tuæ attulerunt, vel

Vix dici possint, quantum mihi iucunditatis ex epistola tua allatum est.

Hyperbole est oratio fidem excedens augendi, minuendique caussa. Dicta ex Ὑπὲρ, idest super, βολὴ, idest lactus.

Virg. Qui candore niues anteiret cursibus auras.

Plau. Ossa, atque pellis totus est. ita cura macer.

per Metaphoram.

Litteræ tuæ me mirum in modum recrearunt, vel

Litterarum tuarum suauitas mihi iucundissima accidit.

Metaphora est rerum, verborumque per similitudinem translatio. Dicta est: μεταφέρειν, quod est transferre, quia per eam, aut nomen, aut verbum ex eo loco, in quo proprium est in eum, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est, transfertur, nunc deflexione.

Cic. vt ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam, hoc est non feram modo, sed etiam perferam. Sorbentur enim propriè liquida, concoquuntur cruda.

Idem Quapropter Quirites expectate legatorum reditum, & paucorum dierum molestiam deuorare; hoc est vincite.

Ter. An non sex totis mensibus prius olfecissem, quam ille quicquam ceperit? hoc est deprehendissem: Siquidẽ in his id quod est corporis, ad animum deflectitur: nunc ab animali ad non animal, aut contra,

Virg.

Virg. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.

per Ironiam.

Quasi litteris tuis mihi quicquam optatius contingere potuisset.

Ironia est illusio, qua contrarium ostenditur sensui quem verba præseferunt, Dicta est ob εἰρωνεύομαι quod est dissimulo, seu cauillatione decipio: Fit enim quoties aliud clausum in pectore, aliud in ore promptum habemus.

Ter heus tu bone vir curasti probe?

Idem. Mira vero militi, quæ placeant.

per Allegoriam.

Ex Epistolæ tuæ splendore, multum mihi lætitiæ emanauit.

Allegoria est oratio, quæ aliud verbis, aliud sensu ostendit. Quintilianus Inuersionem interpetatur.

Virg. Claudire iam riuos pueri, sat prata biberunt: idest finem contentioni imponite, satis superq; cantasti.

Idem. Et iam tempus equum fumantia soluere colla: hoc est, Quæ tractanda fuerant de Agricultura, affatim explicuimus.

per Lipthothem.

Quas ad me litteras dedisti non equidem sum aspernatus.

Liptothe est oratio, qua minus dicimus, quam significamus: dicta est à λύτω, hoc est Liqueo, seu Deficio.

Virgil. Nec tibi cura canum fuerit postrema: idest, sit præcipua.

Idem. Munera nec superno: hoc est libenter accipio.

per Auxesim.

Alienum esset a sententia mea, si tuæ mihi litteræ non cordi essent, non plurimum delectarent, non penitus afficerent.

Auxesis

Auxesis est grauior quædam affirmatio ab humilibus ad sublimia consurgens. Est Auxesis incrementum, ab Αὔξω, Idest, Augeo.

Cic. Facinus est vincere ciuem Romanum, propè scelus verberare. Parricidam necare, quid dicam? in crucem tollere.

Per Synonymam.

Lectis tuis litteris omnibus lætitijs incessi.

Synonyma est, quæ sub diuersis vocibus idem significat: vt Diligo, Amo, Colo: Ensis, Mucro, gladius.

ET nunc explicatis modis, & exemplis variandæ orationis, Aggrediar ad explicandam clausularum varietatem.

MVTIO il qual sa, quel che saper si possa di Retorica non dubita dir questo.

per Verbum.

Mutius, qui Rhetoricam artem omnino callet, id dicere non vertetur.

per nomen Substantiuum.

Mutio mirifica Rhetorice facultatis eruditione viro, id asserere nullum est dubium.

per Adiectiuum.

Mutius in Rhetoricis institutiònibus vir apprimè eruditus, id demum referre non timet.

per Negationem.

Mutius in Rhetorica exercitatione nemini secundus, de hoc verba facere non ambigit, vel

Mutius, in quo nihil quod ad Rhetoricam pertineat, desiderari potest, id loqui non animi pendet.

per Geminam Negationem.

Mutius in Rhetorica scientia ita neminem non superat id comprobare nulla sit animi ambiguitate.

per

per Amplificationem.

Mutius Rhetorices non ignarus, ita ad Ciceronis eloquẽtiam propius accedit, vt de hoc differere nulla animi hæsitatione præmatur.

per Hyperbolem.

Vix credi possit quàm in Rhetoricæ facultatis studio. Mutius valeat,vt de hoc disputare non dubitet.

per Interrogationem.

An quisquam in dicendi exercitatione Mutio sit paratior? cui de hoc apposite dicere nullum sit dubium.

per Admirationem.

Dij boni, in orationis exornandæ studio, quam insignis Mutius existimari potest;quippe qui de hoc contendere non dubitat.

per Dubitationem.

Nescio num aliquis in bene dicendi facultate sit Mutio paratior, cui non erit arduum de hoc luculentissime differere.

per Metaphoram.

Cum ea orationis copia Mutius floreat,nulla vtique ratio ne veretur de hoc copiosissimè dicere.

per Aequipollentiam cum negatione.

Cum Mutiò non obscura sit bene dicendi ratio, his de rebus contendere non erit graue.

per Ironiam.

Quasi quisque in Rhetoricis præceptionibus sit Mutio peritior, cui videatur onus esse, his de rebus copiosè dicere posse.

per Adiurationem.

Moriar,si Rhetorem vllum viderim, quippe qui Mutio in dicendo promptior esse queat.

per Exclamationem.

O Vir Rhetorica disciplina eruditissime Muti, quotusquisque in causis agendis præferri tibi possit.

per Periphrasim.

Quid bene dicendi ſcientia Mutius citra multorum opinionem pollet, de hoc copioſiſſimè verba facere, intrepide aggrediatur.

per Methonymiam.

Nihil, Mutius oratorum facile princeps, æmulatus his de rebus acuratiſſimè dicere trepidabit.

per Liptotem.

Mutius in forenſibus cauſſis non hominum cuiquam inferior, id accurata dicendi exercitatione tueri vehementer audet.

per Allegoriam.

Ea eſt Mutij dicendi Venus, vt id orationis grauitate contendere non dubitet.

per Auxeſim.

Ea eſt in bene dicendo grauitate, ea venere, & orationis fœlicitate Mutius, vt cum voluerit id dicere, complures ei cedere, præferri neminem cernemus.

per Synonymam.

Mutius vir eſt, ita in diſcendi facultate peritus, vt de his rebus copioſiſſimè diſputare non dubitet.

Ita Mutius Rhetoricorum ſtudio operam nauauit, vt id in medium referre fertius audeat.

ELOCVTIO PER OMNES CASVS & Numeros.

per Nominatiuum.

MVTIVS in arte Rethorices eruditiſſimus id aſſerere non veretur.

per Genitiuum.

Mutij ſingularis in dicendi facultate, ſcientia, ab his dictis non diſſentit.

per Datiuum.

Mutio Mirificæ artis Rhetoricæ facultatis, id dicere nullũ dubium extat.

per Accusatiuum.

Mutium in Rhetoricis institutionibus apprimè eruditũ, id asserere non vereri videmus.

per Vocatiuum.

O Muti in arte Rethorica peritissime nihil de hoc disputare vereris.

per Ablatiuum.

A Mutio in dicendi exercitatione doctissimo, id dici non dubitatur.

PER FIGVRAS,

per Hypotiposim.

Vir est Mutius ita eloquentissimus, vt id omnibus confirmare non pertimescat.

per Aposiopesim.

Quid Mutius vir disertissimus non ore quippiam audeat?

per Emphasim.

Mirum, quam hoc asserere, & eloquentia comprobare sua, accuratè Mutius valeat.

per Brachilogiam.

Quid non dicere, non disserere, non contendere Mutius vir eloquentissimus audeat?

per Hyperbolem.

Ea vis est eloquentiæ in Mutio, & longe; quam hominum esset opinio, accuratius id diceret.

per Anadiplosim.

Eloquentissimus Mutius, eloquentissimus (inquam) Mutius id coram omnibus comprobare non dubitabit.

per Paronomasiam circa nomina.

Mutius eloquentiæ studio vir studiosus, de hoc eloquentissime disserere non timescit.

per Paromeon circa verba.

Mutius non mutus ore, atque adeo vir facundiſſimus id coram omnibus ſtatuere non formidat.

per Epyphòram.

Mutius in bene dicendi facultate inſignis: Mutius rhetor egregius: Mutius orator accuratiſſimus, de hoc palam referre non veretur.

per Anadyploſim, id eſt per Geminationem.

Mutius Mutius (inquam) rhetor egregius, id omnibus luculentiſſimè confirmare non timebit.

Has veluti inſigniores tantum figuras congreſſi, licet longè plures enumerari poſſe non ignorem.

Declarationem verborum elocutionum, & figurarum, quibus epiſtolæ exornantur.

Quoniam vniuerſæ & ſingulæ epiſtolæ conſtant tribus, ſcilicet Rebus, Verbis, & Arte. Declarabimus hæc tria, & quæ ad hæc ſpectare videbuntur.

Res negocium complectitur, vt in Iocoſa Epiſtola Res eſt Iocus, Prouerbium, Facetiæ, Sales, Dicteria, & huiuſmodi ſic in Euchariſtica, res eſt, Munus, & Beneficium, Officium, Meritum, & ſic de ſingulis epiſtolis.

VERBA Phraſim habent: hæc continent elocutiones ſimplices, Coniunctas, Tranſlata, Conſequentias, Definentias, Adiuncta, Gradus, Epiteta, Antiteta, Paronomaſiam, ſeu Agnominationem, & huiuſmodi.

Elocutio ſimplex eſt quum in ſua propria accipitur ſignificatione, vt TE AMO, literis ſtudeo.

Coniuncta, cum duæ plures ve dictiones elocutionem faciunt; vt te vehementer AMO, ſemper, litteris ſtudeo.

Tranſlata quum metaphoricè loquimur, vt te in oculis fero, litteris accuratiſſimè inuigilo.

Conſe-

Consequentia est: quum idem verbum bis & amplius in eadem Periodo sequitur: vt TE AMO, quoniam a te amari sentio, cuius amore ductus meritò es mihi semper amandus: hoc non potuit cognoscere, cognoui autem.

Desinens est: quum penultima, & vltima syllaba plurium dictionum eodem modo terminatur, vt Habendi, Referendi: sic intellexi: postea perspexit: item Appellare, Recusare.

GRADVS est quam plura sequuntur Verba, quorum alterum vim habet maiorem altero, vt Laudem, & Honorem, Comparando, item Remunerando, Cumulandoque, item TE AMO, Colo, & obseruo.

ADIVNCTVM, quum aduerbia Verbis adiunguntur, vt Vehementer Doleo, humanissimè iubes, cumulatissimè Retulerim.

Epiteta sunt quum adiectiua congruenter substantiuis adhærent, vt Singularis virtus, incredibilis beneuolentia quorum contraria sunt Antiteta.

Antiteta quum Epitetis in cōtrarium respondent, vt Cic. lib.5 Fam. Si tu exercitusque valetis: sed hoc scito tuos VETERES postea NOVOS Inferius.

Hostes, Inferius amicos, vt tibi Maiori, postea me non multo Minorem, hæc sunt Antiteta.


PARONOMASIA, vel AGNOMINATIO vt consulem factū, deinde ea lætitia AFFECTVM: item in LABORE meo vel in honore perspexi: vbi factum AFFECTVM labore Honore fit Paronomasia, vulgo bischizzo.

ARS est: qua mouemur in singulis epistolis, qua ratione circa Res & verba progrediemur vt in notandis patebit.

SVB DEMONSTRATIVO GENERE EPISTOLE.

EVCHARISTICA.

Hieronymus Capharus, Iacobo Bariano Sacillensi, vtriusque iuris peritissimo. S. D.



Vid tibi gratias agam Bariane, cum hactenus habēdi finem nullum fecerim? vehementer enim doleo, referendi mihi facultatem omnium ademptam esse, sed animum gratum, consiliumque non deesse putes, neque vnquam defuturum. Tantæ enim tuorum in me officiorum magnitudini quid respōdeam præsertim hospes his in locis, nisi forte, vt tu humanissimè iubes, ita semper vt ipse cumulatissimè retulerim: cum liberos tuos in his humanitatis studijs informarim: quod equidem exiguum, & inane præ tuis in me meritis existimaui. Gratiam tamē habeo, & dum viuam ita habebo, vt intelligas apud virum gratissimum te officium collocasse: quippe qui non verbis respondere de se bene merentibus auet, sed ita re ipsa remunerando, cumulandoque illustrare studet, vt nō illud inter moriturum putes, sed bene collocatum existimes. Equidem si de patris tui viri clarissimi dignitate, si de liberorum tuorum salutem actum esset, non amabilius eorum vitæ, quam ipse meæ consuluisses, cum febre laborarem. Sacilli oppidi amænissimi, & citra hominum opinionem opulentissimi, vbi cum annum immoratus essem, tā humanè, tamq; officiosè acceptus sum ab oībus illis ciuibus; vt eorum maiorem erga me gratiam, comitatem, studia, & humanitatem fateri licet, quam mea vnquam, vel

virtus

virtus aliqua, vel efflagitasse prorsus merita potuisse viderentur. Sed te illud silentio non præteribo, vt cum tuæ mihi, puerisque meis assidue fores patuissent, his, & tot me muneribus donares, vt neque plura, neque maiora vnquã expetere mihi licuisset. Quid plura? ita profectò humanitate tua me tibi deuinxisti; vt cum perpetuo tibi debeam, vt perpetuo quoque de te vbique gentium prædicem, necesse est, si is esse voluero, quem erga te me esse plane decet. Vale, & me, vt soles, ama. Venetijs.

In Eucharistica epistola Consideranda.

EVCHARISTICA, epistola est ea, qua scribendo absenti cuipiam pro munere, beneficio, vel pro quauis re gratias agimus.

DICITVR ab ago gratias, agis, egi, *per Ringratiare.*

RES huiusmodi Epistolarum sunt munera, beneficia, studia, officia, & huiusmodi.

VERBA sunt quam plurima Coniuncta, vt tu humanissime iubes: ipse cumulatissimè retulerim, nil amabilius vita: & Transdata, vt me tibi deuinxisti.

ARS circa res; vt exordiamur a gratiarum actione, vel ab officio, quo tenemur in eum, ad quem scribimus.

Deinde quibus priuatim beneficijs affecti fuimus, omnino referamus.

Postremò in epistolæ conclusione nos fore memores, polliceamur.

ARS circa verba, & elocutiones.

Exornant huiusmodi epistolas, Gradus qui est, vbi plura sequuntur Verba, quorum alterum altero maiorem viã habet, vt in epistola, sed animum gratum. Consiliumque: item remunerando, cumulandoque: item dignitate, & salute.

Consequentia, quæ est vbi eadem elocutio in periodo sequatur, vt deesse putes, deinde neque vnquã defuturũ.

Item tamen Habeo, & dum viuam Habebo.

Adiuncta, vbi aduerbia verbis adiunguntur, vt vehementer doleo, Humanissimè iubes: Cumulatissimè retulerim.

Epiteta sunt vbi adiectiua substantiuis congruunt, vt singularis humanitas, Incredibilis virtus, innumerabilia beneficia, & huiusmodi.

GRATVLATORIA.

Hieronymus Capharus, Petro, & Martio Argenteis fratribus, Vtriusque iuris peritissimis.
S. P. D.

BOnoniam Celeberrimum ingenuarum artium Gymnasium vos concessisse, quod maximè exoptastis, maiorem in modum gaudeo, idque cum parentis vestri clarissimi viri caussa, quippe qui id maximè expetiuit, tum vero gloria, & honore vestro, quibus (absit adulatio) dignissimos semper vos esse existimaui: quorum erga me incredibilem beneuolentiam plurimis argumentis sæpe numero expertus, & parentes, & totam Argenteorum domum deuinctam consuetudine cum tenerem, & salutis, & dignitatis meæ studiosissimam, cupidissimamq; cognoui. Quare vos hortor, sique etiam fas est, amantissimè moneo, vt ita in his legum studijs proficere contendatis, vt vobis laudem, vestrumque amantissimis voluptatẽ maximam attulisse gloriemini, & mei, qui vos semper bonis artibus imbuere studui, nulla rogo capiat obliuio. Pluribus nimirum verbis gratularer voti vos compotes factos, nisi id vobis non obscurum esse viderem, qui, quo in vos animo sim affectus, non ignoratis. Valete. Romæ.

In

In Gratulatoria Epistola perpendendæ.

GRATVLATORIA Epistola est ea, qua scribendo alicui gratulamur de rebus lætis, atque prosperis.

Dicta est a gratulor aris, *per allegrarse con alcuno.*

RES sunt bona corporis, vt valetudo.

Fortunæ: vt Dignitas & opes.

Animi: vt probitas, vt vitæ integritas, humanitas, Doctrina, & artium studia ingenuarum.

VERBA in hoc genere epistolarum sunt potissimum simplicia, quam plurima coniuncta, & aliqua, translata.

Huiusmodi epistolæ exornantur multis superlatiuis, Adiunctis Paronomasijs, & gradibus, vt patet in illis.

Harum periodorum, diuersi atque varij sunt fines.

Ars circa res.

SI CVI De prospera, læta, atque iucunda gratulabimur ab exordiolo initium capiemus, ad captandam beneuolentiam in absentem amicum.

Deinde verò referemus, qua voluptate fuerimus affecti de absentis fortuna, amplificanda, & ostendendo, id ab illius virtute, ad quem scribimus, profectum.

Postremo concludemus, a memoria, quæ huius rei auctoris seruabitur, vt Cic. lib. ij. Famil. Primum tibi vt debeo.

Si vero de prospera valetudine cuipiam gratulabimur, exordiemur à caussa valetudinis, vt a Medico, A Balneis, a Cæli temperie, & huiusmodi: idque factum Deorum fato dicemus.

Concludemus postremò id tribuendum illius meritis, ad quem scribitur: vt Cic. lib. ix. Fam. Gratulor Baijs.

Sicut de honore, & dignitate gratulabimur: exordiemur ab eo, qui his fuerit ornatus, Et plurimum gratulando; vt Cice. lib xv. Famil. Marcellinum tuum consulem.

Deinde subinferre quibus rationibus ducti gratulamur

mur: quod plurimis, vel ab eo, vel a ſuis, affecti fuimus beneficijs. vt Cicero in eadem epiſt. Cuius erga me, &c.

Poſtea rogabimus vt nomine noſtro ſuis domeſticis neceſſarijs gratuletur, vt Quare gratum mihi feceris &c.

Erit Concluſio, vt in nos amando, perſeueret. vt a te id quod, &c.

L A V D A T O R I A.

Hieronymus Capharus Alboreo. *S. D.*



Vm te bonis omnibus affluere maximè videam Luca, num fortunæ prius corporisve, an animi bona magis admirer, me planè fugit. Te enim Sacerdotij dignitas honeſtat, fortunæ tollit non triſtis aura, corporis firmitudo conſeruat; ſed animi te potiſſimum probitas, vitæq; integritas beatum propemodum reddunt. Quare cum à Pueris ita fueris ſanctiſſimè inſtitutus, & his artibus imbutus, quibus mirum in modum cuique diligeris, non poſſum non iſtud tuum ſtudium, atque adeo iſtam pietatem ſummis laudibus efferre: non quod, vel ob hoc ipſum a me laudis aliquid aucuperis, vel (quod abſit) abs te contra aliquid ſuffragiorum venari quæram: ſed quoniam propria virtuti tuæ laudum præmia detrahi ſilentio viderentur: ſi tacitus egregios mores, ingenium, fidem, ac religionem, quibus præter cæteros ſanè polles, præterirem. Propterea hæc de te pauca, & ad te ſcripſiſſe volui, vt intelligeres, quanti non modo apud me ſis, ſed etiam apud eos ipſos, qui te vel ex facie non norunt. Tu itaque me ſic ames, vt a me te vehementer amari nor[illegible]s. Valle. Venetijs.

In



In Laudatoria Epistola quærenda.

LAVDATORIA Epistola est ea, quam ad absentem scribimus, illius vel corporis, vel animi bona laudando.

Dicta est, a Laudo, as, aui *per laudare.*

Res est in officijs, inque bonis, & rebus præclaris.

Verbis vtimur hisce simplicibus, quam plurimis coniunctis, atque translatis.

Vna cum figuris Demonstratiui generis.

Ars erit. Vt virtutum ordinem sequamur: vt Iustitiam laudando, vel iustum virum commendando, quæ ad iustitiam pertinebunt prosequemur: & quæ iustè sint acta: & ita de reliquis eligendo, quæ magis congruunt, rebus, personis, ætati, & huiusmodi.

IOCOSA.

Maximus Bragadenus Philippo Venutio. S. D.



Quam ridiculam nobis rem, quidam Lotarius afferre videtur Philippe. quippæ qui dũ sibi simile plane neminem, & facie, & moribus, sic vnus est Comicus miles, nam plebis rumore, vacuoque prorsus nomine gaudet. Hic enim cum & Græcæ, & Latinæ scire, præter omneis insignes doctores profiteatur, quicquid est ei vel ingenij, vel eruditionis, quod exiguum esse video, iactat illud Aristarchi, atque Palemonis longe scientiam superasse. Habemus itaque quem semper rideamus, sese nobis Simia talis offert, qualem vel ridiculam magis haud expeteremus. Dij boni, quod hominis monstrum, vel mauis portentum: vt enim habitu forma, ita moribus est a cæteris omnibus alienus, ita corporis cultu, facieve belluæ per similẽ

putes

doceat, ipſeque diſcere non ignores; ita vt facilis vſus do ctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria, ſtudiumq; ſemper adſint. Quid multa? hæc vna diſcendi ratio, quam ſi complexus fueris, & virtutum apicem ſubibis, & à vitiorum tramite deflectes: ſed quoniam id abſq; labore, atque cura vix nobis conſtare poſſimus, propterea non eſt conſentaneum vllam honeſtam rem, aut non ſuſcipere, aut ſuſceptam deponere, ne ſollicitus ſis. quod ſi curam fugimus, virtus fugienda eſt, quæ cum aliquo labore, vel cura neceſſe eſt res ſibi contrarias aſpernetur, atque oderis. Tu itaque Bernardine has meas præceptiones animo complectare, ac tenaci memoria ita in animi tui latebris recondas, vt quantum proficias, nõ peniteat, & id tibi præcepiſſe ſufficiat. Vale. Venetijs.

In Narratoria Epiſtola. notanda.

NARRATORIA Epiſtola ijſdem rerum ac verborum rationibus conficitur, quibus Nunciatoria, niſi quod Narratoria diffuſius res agit, Nunciatoria verò parcius.

NVNCIATORIA.

Hieronymus Bartholomeo Melchioris.
S. P. D.




Irifice lætatus ſum Bartholomeæ, cum accepi te propemodum bellè valere, & ita valere, vt iam tuum ad nos aduentum maturare ſtudeas: ſed nolim te viæ committas, niſi planè valeas, ſatis enim te maturè videro, ſi te planè confirmatum videor: ego vero rerum mearum ita caſibus excrucior, vt niſi me

Ro-

quæ ad eum pertinent, ad quem ſcribitur; In medio; quæ ad alios: poſtremò quæ ad ſcribentem.

CRIMINATORIA.

Hieronymus Capharus Ioanni Elio. S. D.



Vid ego non criminer, atque ad eo non iſtam tuam vitæ improbitatẽ execrer Ioannes, cum citra libidinem, qua te vndique coinquinatum audio, ita decoxeris, tantumque æris alieni conflaueris, vt Planus modo huic, modo vero illi imponẽdo victites. Proh dolor, quid tua iſthæc viuendi ratio eſt? quorſum ad Gymnaſium te Patauinum recipiſti, vt Impoſtor? vt aleator? vt Sicarius? vt Mimus? vt fias Ganeo? Cætera tua ſcelera, atque flagitia tacitus prætereo, nequis mihi offendatur, Iam tuæ partes eſſent, vt ita viueres, vt ingenij tui lumen aliquod eluceret: & cum male audias deinceps virtute aliqua bene audias. Quod facilè conſequeris, ſi te literarum ſtudijs adixeris, poſitis omnino prædictis tuis moribus? quibus & te, Patriamque tuam, & tui cupidiſſimum quemque propemodum dedecoraſti. Vale.

NOTANDA.

HVIVSMODI Epiſtola Criminatoria eſt penitus Gontraria laudatoriæ, & à rebus contrarijs materiam ſumit, ſed eundem ſeruat ordinem vitia deteſtando.

Habet, Verba, & ornamenta orationis, eadem quæ laudatoria.

SVB

SVB DELIBERATIVO GENERE FPISTOLAE.

COMMENDATORIA.

Hieronymus Capharus Philippo Venutio. S. P. D.



Ernardino vno omnium familiarissimè vsus, non possum non illius dignitatem, maximo tibi studio, viro mei cupidissimo commendare: sunt enim vt cu que latissimè patet, maxima eius in me (non inquam) officia, sed plurima merita. Is enim non tam ingenio suo fretus, quam magnificentissimo liberalitatis tuæ nomine ductus, ad Vrbem Romam me suasore sese conferre vehementer auet; & quoniam nec Vrbis mores, nec instituta norit, te Patrono, & auctore vti, à me summopere contendit, cuius totam petitionem eum mihi sustinendam putem, te etiam, atq; etiam rogo, vt quantum, mea caussa, possis, in eo præstes. Non enim vereor, quin id facillimè consequatur, te Duce, atq; Principe reperies enim hunc virum, cum in omni litterarum genere peritissimum, tum etiam dignissimum tua gratia, atque familiaritate. Hoc enim mihi gratius facere nihil posse tibi persuadeas, quam si Bernardinum summo mihi necessitudinis vinculo coniunctissimum omnibus tuis opibus, atque studio complexus fueris, & in eo, quod petit, ipse iuueris. Quod vt facias te vehementer rogo. Vale. Venetijs Idibus Ianuarij. MDLXIX.

In Commendatoria Epistola inquirenda.

COMMENDATORIA Epistola est ea, qua scribendo, aliquem, vel aliquid absenti commendamus.

Dicitur à Commendo, as, *per racommandar.*

RES sunt fauores, studia, opes, gratia, suffragationes, auxilia & huiusmodi circa lites, caussas, exilia, custodias,

dias,

dias, eædes honores magistratus & huiusmodi.

Verba sunt potissimum simplicia.

ARS erit vt aduerbijs superlatiuis cum verbis adiunctis vel nominibus superlatiuis frequenter vtamur.

Ornamus huiusmodi epistolas si neutra, neutris: item fœminina fœmininis coniunxerimus, sic etiam actiua actiuis, passiua passiuis, contingerit.

CONSEQVENTIA plurimum dignitatis habet: vt etiam composita præsertim eadem prepositione, vt per functus, Pertimescam, Perspicio, Persuadeas, composita à PER.

ARS circa res, siquid iniusti, vel turpitudinis commendatur, insinuatione vtamur.

Sin Iustum, commendatur, & honestum, tunc.

PRIMO referatur qua sit necessitudine coniunctus cũ commendato, quantum ei debeat.

SECVNDO exponitur quod commendatus auet.

TERTIO quam illud facile præstare possit, cui commendatur amicus.

QVARTO aperitur, quod summo studio percupit.

QVINTO concludetur, quantum sit ei debiturum tam commendans, quam commendatus, vel horum alterũ, si quod petit, illud consequetur.

MONITORIA.

Hieronymus Capharus Antonio Contareno. S. D.



VBi primum litteras tuas legi, quam parum in his, quæ vulgò humanitatis studia vocantur profeceris, sanè vidi, & quantum mihi tribuas intellexi. verum non tam illud molestum mihi fuit cum te ex animo diligam, quàm hoc iucundum, quòd plurimis iam argumentis mihi semper liquido patuit. Quare si tuam erga me, tuique omnes cupidissimos

 bene-

beneuolentiam valere iubes, ita ingenuis te artibus addicas,& ita proficias, vt inde tibi decus, laudemq; pares, & nobis omnibus,qui ingenio tuo aliquid tribuimus, voluptatem. Non.n. diffidimus te non facilè assequuturũ quicquid in litterarum genere volueris: etenim velle deberes, nam quantum in his proficeres,non elaborasse penitebit. Hæc enim studia & domi, & foris semper adsunt, assiduè prosunt, nusquã obsunt, onera non offerunt. Sed præcipuũ cuiq; honorem allatura prudentissimus quisque maximè sperat. Ne itaque id a me moneri grauiter, molesteque feras,sed æqui, bonique consulas, & eo in me sis animo quo in te me esse sperare posses. Vale. Venetijs.

In Monitoria Epistola perscrutanda.

MONITORIA Epistola est ea, qua ad quempiã scribendo, illud monemus, quod ei sit futurum dedecori, vel incommodo.

Dicitur â moneo es, *per auuertire, accorgere, arecordare, & ammonire.*

Differt à Repræhensoria, quòd monitoria amicè arguit,& sine *odio, & ira.*

(Repræhensoria verò *ira, odio,* & quærelis corripit absentem.

[Res,] sunt,detestanda,turpia,opprobria,damna,exitiosa, & huiusmodi.

[Verba,]seu Elocutiones sunt potissimum simplices,non nullæ coniunctæ,perpaucæ vero translatæ.

Exornant huiusmodi epistolas.

Consequentia vt Scripsi,quod ad te scribendum erat,& licet tu scripseris non tamen scripsisti quod opus erat.

[Desinentia] id perspexi,quod ab alijs intellexi.

[Adiuncta,] vt quam fortiter rem gesseris,multorum litteris latissimè perspexi.

[Periodorum] clausulæ sunt potissimum breues.

ARS

ARS est, vt exordiamur à re ipsa simulando nos quodammodo nescire ea, de quibus monemus absentem, vt Monitus delictum se correcturum confidat.

Postea innuere nos monendi officium prætermittere noluisse: dein verò his rationibus monebimus, quas magis nouerimus aptas ad eum auocandum à re turpiter cœpta, & id omne comiter, & amicè.

Postremò leni & amica exortatione epistolam perficiamus, vt Ci. li. 4. Fam. Accepi per breues tuas litteras.

CONSOLATORIA.

Philippus Venutius Camillo Gualterio Romano. S. P. D.



CVm Primum de obitu Patrui tui, viri clarissimi tristis allatus est nuncius Camille, eo sum dolore affectus; eaque tristitia, vt si acerbissimus quisque mihi casus obtigisset, cum eo nomine, ea expectatione, ea auctoritate, atque amplitudine, ob innumeras ipsius virtutes perspexissem; vt si ei contigisset, vt te, ante doctoratus insignibus initiatum vidisset, quam è vita migrasset, præclarius secum actū putasset. Sed vbi sic Deo Opt. Max. placitum est, vt, quod iampridem exoptarat, id videre non licuerit, putemus huiusmodi voluntate, ac optimo instituto, ita gloriam sibi æternam meruisse, vt futurus sis quoque ea virtute præditus, & his laudibus honestatus, vt tuorum memoriæ non cedendo, complures tui similes habeas, superiorem neminem. Quæri verò de illius obitu tam est absurdum, quam quod maximè. sic enim læditur, qui vita mortalibus præstando, mortem non abstulit, cum libuit. Ea enim lege nati sumus, vt morti simus obnoxij, & ita obeamus, vt nihil tam certum esse constet, quam animæ discessus à corpore. Solare itaque mærorem, atque animi tui tri-

ſtitiam huiuſmodi cogitatione, & nihil ſub Sole firmum eſt puta. Vale. Venetijs.

In conſolatoria Epiſtola indaganda.

CONSOLATORIA Epiſtola eſt ea, quam ſcribimus, abſentem conſolando: ſi quid ei acciderit aduerſi.

Dicta eſt a conſolor, aris, *per conſolare, & confortare.*

R E S, ſeu Materia ſunt Mors, damnũ, exilium, dedecus, & huiuſmodi.

VERBA ſint ſimplicia, coniuncta, & pleraque translata.

Sint etiam Aliqua, Conſequentia, Gradus, & ANTITETA.

PERIODI ſint longæ, cum materia ſit grauis.

Sint plurima ſuperlatiua, ſint per pauca verba dactylica, quàm plurima ſpondaica.

ARS erit, vt huiuſmodi Epiſtolæ, grauibus ſententijs. Comparationibus, & Exemplis, Exclamationibuſque exornentur.

Circa Mortem.

Exordiamur, quod nos etiam conſolatione indigemus ob amici obitum.

Secundo a communi lege Naturæ.

Tertio à temporum conditione.

Quartò a re priuata illius qui mortuus eſt, qua priuatim ſolamur amicum.

Quartò concludamus Epiſtolam ad animi æquitatẽ amicum conſolando. vt Cic. li. 5. Fam. Et ſi vnus ex omnib.

Circa exilium.

Si exulem ſolabimur.

Primò à triſtitia, quia illius exilio effecti ſumus.

Secundo, ab exhortatione ad animi æquitatem.

Tertiò, à temporum conditionibus, exulceratiſque iudicibus.

Quar-

Quartò, quod habet in Patria filios, atque honestissimos propinquos.
Quintò, omne studium, opemque promittendo in amico iuuando. vt Cic. lib. 5. Fam Et si egomet.

Circa Dedecus.

A Molestia, quam accipimus ob illius Dedecus, A Dedecore & Iniuria, A locorum, temporum, ac personæ qualiter, exhortando eum, ad quem scribimus, vt æquo animo hæc omnia ferat.

Circa Damnum.

A misericordia, à fortunæ instabilitate, ab eorũ exemplis, qui aduersis casibus affecti sunt, à facultate his resistendi, a spe recuperandi, vel cum accessione fortunarum.

SVASORIA.

Hieronymus Fausto Valentino. S. D.



I mirifica tui in me patiens, sique auunculi tui viri clarissimi, & vtriusque iuris peritissimi fides, atque merita tot, & tanta non extitissent, non vtique suadere ausus essem, vt omissis voluptatibus, cæterisque ludicris rebus ita sacrarum te studio legum addiceres, vt is esse plane queas, quẽ non exigua tui expectatio sane facit: quam quidẽ vna re facillimè vinces, si ab his artibus, quarum gloriam adamare debet, te non ludo, non alea, non spectaculis, non illecebris, non lenocinijs, non voluptatibus deflexeris, sed oculorum acie honestũ illud spectabis, vnde summa laus, honos, decusq; mortalibus emanat, istæc enim quibus maximè delectaris, fluxa sunt, atq; caduca, Tu itaq; si hoc statueris, vt ad legum facilius cognitionem, atque scientiam peruenias, omnia, quæ sunt h s oneris, abs te abijcere, & id, & maiora, vel si defessus assequeris. Quod ita fore confido,

fido, si meis amantissimis monitis. fidelissimisque consilijs parueris. Vale. Venetijs.

In Suasoria epistola cernenda.

SVASORIA Epistola est ea, qua ad aliquid agendum, dicendum, eligendumque suademus absentem.

RES seu Materia huiusmodi, epistolarum est.

Legitimum,
Gratum,
Facile.
Honestum,
Necessarium,
Iustum,
Possibile,

In hoc potissimum versatur Suasio, vt omnino laudetur, quod persuadetur, & vitio detur, quod ipse sibi amicus, ad quem scribitur, agere, dicere, vel deligere studet, vel suspicatur.

Verbis vtimur cunctis propemodum simplicibus.

Ornantur huiusmodi epistolæ à Nominationibus, Consequentis, Desinentibus, Gradibus, & aliquibus figuris deliberatiui Generis.

Varianda sunt Infinitiua in penultimis & vltimis syllabis, vt VNVM in Are, vt iuuare, alterum in Ere, vt Docere, aliud in Ire, vt haurire, & huiusmodi, sic etiam personæ primæ, secundæ, & tertiæ verborum in vtroque numero varientur.

ARS in hoc potissimum versatur; Suaso, vt Omnino laudetur quod persuadetur, improbetur autem quod agere, dicere, vel deligere persuasum intuemur.

Texuntur huiusmodi epistolæ primo exordiolo pro, vt res & materia exigere videbuntur.

Notandum in huiusmodi Suasorijs, vt Oratio semper crescat, scilicet, vt a minoribus ad maiora progrediamur, vt Cic. lib. 8. Fam. exanimatus sum tuis, &c.

DIS-

DISSVASORIA.

Hieronymus Capharus Ioanni Philippo Zanchio. S. D.



Rata est omnibus,& iucunda satis Venetiarum sedes, quòd ea virtute quemque præditum ho spitatur. ac veluti totius orbis Asylum seruat, ac tuetur. Quid tu Fori Iulij sedē Venetijs præ fers? Longe enim erras. Si me audieris, vt soles, ad hanc Vrbem, vt ad virtutum omnium studium, atque cuiusque generis disciplinarum emporium festinabis, & istis aucupijs, istisque venationibus relictis ad artium ingenuarum tuum omne studium addices: his enim decus ad genus tuum, his ad te fortunæ, opes, honosque proficiscentur: & si quid altius exoptari potest, hinc tibi facillimè emanabit, in hanc enim vndique omne genus hominum conflue re cernimus, & cum nihil in ea natura ferat, nihil tamen deesse videmus. Quare si cuius honorificus, si vir eruditus, si nobis officiosus esse volueris, huc te quam primum con feras, vnde facillime Patauium euolare liceat, tanquam ad omnium bonorum artium patentem, atque scientiarum Gymnasium. Non id ad te scribo; quod ab amœnitate, soli tudine, opulētissimisq; istius Fori Iulij locis abducere pla nè quæram, sed vt è proprio solo euulsa planta potiores in de fructus mox ipse feras. Nos hic Academiam celeberrimam statuimus, in qua quantum in dies perficitur, ij velim iudicent, qui te magis ipsa, atque periculo ducuntur, quam qui ex errore imperitæ multitudinis fanè pendunt. Vale.

In Dissuasoria Epistola animaduertenda.

DISSVASORIA Epistola est ea, qua scribendo suademus aliquem ne faciat, dicat, & eligat quippiam.

Dicitur a Dissuadeo es, *per dissuadere.*

RES sunt illegitimum, ingratum, difficile, inhonestum, iniustum, non necessarium, impossibile, & huiusmodi.

Eadem est textura verborum, rerum, & ornamentorum dissuasoriæ: quæ est suasoriæ epistolæ, vt videre licet in lib. 7. Fam. Amabilior mihi Velia.

De Hortatoria & Dehortatoria epistolis notanda.

Eadem est ratio componendi Epistolas hortatorias, & dehortatorias: quæ est suasorias & dissuasorias: nisi quod suasoriæ & dissuasoriæ complecti possunt, pertinentia ad statum, & ad Reipub. Hortatoriæ, & Dehortatoriæ, spectantia ad priuatas.

INVECTIVA.

Hieronymus Petro Paulo S. D.

DE Iotario, seu dici mauis de Zoilo, deque Nebulone, quid planè sentiam, per te ipse putes malim, quam his breuibus accipias. Iam illius cuique patere incipit infantia, & quem olim vulgus, vt terrestris oraculi numen prædicabat, nunc vt Fatuum, vt Iotarium omnino sentit, vereque intelligit. Idque non modo eruditissimorum hominum voce, sed ipso periculo. Propterea si quid in viros eruditos, atque pios obloquitur, atque adeo oblatrat, vt illud facile patiare rogo. Is enim mos est vulgarium hominum, vt cum re ipsa, vel aliqua virtutis significatione eruditissimis se viris conferre nequeant, in eorum detractiones dilabuntur, vt se aliquid scire iactent, sed id satis de Iotario dictum. Tu vero Petre Paule tanti viros huiusmodi facias, quanti merito Iotarium illum, de quo, Boetius iam factũ, legeris, meque, si mereor, vt soles, ama.

In

In Epistola Inuectiua disquirenda.

INVECTIVA epistola est ea, qua in absentem quempiam inuehimur scribendo.

RES sunt offensiones, iniuriæ conuitia, minæ, suspitiones, detractiones, infamia, & huiusmodi: Circa fortunas, honores, salutem &c.

VERBIS vtimur fere cunctis simplicibus.

Vtimur his figuris, aposiopesi, quę reticentia latine dicit: quæ non modo est in sententiis, vt Virg. quos ego, sed pręstat, &c. sed etiam in oratione nō penitus pfecta, Vt malo te ipsū loqui tecū, quā dicta nostra cognoscere.

Exclamatione: vt vtinam quidem fuissem, molestus nobis non esset.

O REM miseram.

Interrogatione: vt quid dico iudicem? & quid enim est contra virum, &c.

Sint clausulæ quam breuissimæ, & variæ inter se, & instabiles. vt irascentium, est animus.

VERBA sapiant indignationem, iram, furorem atque indignationem, vt in Epistola. Furorem, Sicarij, parricidæ, furiosus, vim.

ARS Circa RES, vt ab ira exordiendo, semper quæ sunt ab ira, augeamus, & quantum aduersarij fortunis, dignitatibus, atq; saluti insidiari studeant referamus.

Postremò finem epistolæ propemodum, imperfectè faciamus.

Ars in Verbis, & in rebus.

In Verbis vtimur his figuris.

Aposiopesi.

Exclamatione.

Interrogatione.

Verba.

Vtimur in his verbis significantibus Iram, Furorem Indignitatem, Stomachum, Crudelitatem, & huiusmodi vt in superiori liquet epistola.

Ars

Ars de rebus.

Primo: exordimur à Re generali, quæ aduersariorum persecutionem indicet, in qua semper magis persistimus.

Secundo: tangere quod postremò factum est ab Aduersarijs.

Tertio: ꝙ nescimus quid consil j capiemus, & id quare.

Quarto: quod Aduersarij statuant nos perdere, vel in honore, vel in bonis, vel in salute.

Quinto: id comprobare eorum operibus perditis.

Sexto: perficienda est Epistola sine resolutione.

PETITORIA.

Hieronymus Capharus, Ioanni Dominico Guelfio, vtriusque iuris peritissimo. S. D.



Isi plurimum & tuæ, & tuorum humanitati considerem, pluribus tecum verbis agerem, vt & me, & mea iuuando, diligentissimè tuereris; sed quoniam Pater tuus vir prudentissimus me plurimi semper fecit, & abs te mihi multum assiduè tributum nouimus, Id magis ingenij tui suauitate, animi probitate, morum integritate, quam vllis meis in te meritis, propterea abs te petere non dubitaui, quod & tibi facillimum esset factu, & mihi commodissimum esset accipere. Non enim nescis ab eo me amico hactenus delusum, qui cum maximum pecuniæ mihi numerum debeat, vbi me ab vrbe abesse vidit, tergiuersatus est Impostor, & ita tergiuersatus, vt quod debet negare non erubuerit. Quare te etiam atque etiam rogo, vt in iudicio ad Iurandum compellas, quod non facturum arbitror, cum præsertim testes habeam probatissimos. sed id ago, vt illius fidem in re minima experiar, & quicquid euenerit, me rogo subito moneas, vt reliquis hinc rebus diligentissimè

tissime consulam: maioribus scito me beneficijs prosequi non posses, quod quia ita futurum spero, cum amicorum meorum nemini in me diligendo cessisse, te viderim, pluribus te verbis non immorabor. Vale. Venetijs.

In petitoria epistola perscrutanda.

PETITORIA Epistola est ea, qua scribendo, absente aliquid petimus.

Dicta est a peto is, *per domandar & chiedere.*

Res & materia sunt necessaria, & quibus nos interdum indigemus.

Verbis vtimur potissimum simplicibus perpaucis coniunctis, a rarò translatis, conspergimus ipsam epistolam superlatiuis, consequentis, & gradibus.

ARS erit. vt primo ab honoris accessione illius, ad quē scribitur, exordiamur, gaudendo quod prodesse possit.

Secundò petere, quod sit petendum.

Tertiò ostendere, quod nisi illius amori consideremus, beneficia in nos illius vel suorum longius referremus.

Postremo maiori studio petitionem augere.

Decet huiusmodi epistolarum fines, vt in alijs quoque esse varios.

POLLICITATORIA.

Ioannes Dominicus Guelfius, Hieronymo Capharo.
S. P. D.



On inanem nostram necessitudinem atq; parentis in te mei beneuolentiam fuisse putes; nam ea tua semper comitas, ea eruditio, atq; mirifica virtus extitit; vt non sine grauissima nimirum culpa, honori, atq; saluti tuæ defuissemus. Quare omnia mea tibi studia, officiaque polliceor, & ita polliceor, vt quod a me petis, illud facilimè consequaris. Dabo itaque operam, vt Impostor ille, & debi-

debitam pecuniam fateatur, & soluat: & ni fuerit soluendo, in custodiam inijciatur: donec satis tibi fecerit. Tu interea omnia a me expectando, æquo fortique sis animo, speresque a me te omnia consecuturum, quæ vel ipse præstate queam, vel desiderare a me posse videaris. Noui eñ te virum modestissimum, & ita in optime de te merentes gratissimum, vt iniuria equidem in hoc tibi deessem cum præsertim, & honestum, & factu facilimum a me poscas. Vale, & me, vt soles, ama. Romæ.

In Epistola Pollicitatoria Consideranda.

POLLICITATORIA Epistola est ea, qua scribẽdo, amicis aliquid pollicemur.

Dicta est a Polliceor, ris, pollicitus sum, per promettere, & offerire.

RES versatur circa honestum vtile, & possibile, seu facile, & huiusmodi.

Eadem arte rerum & verborum texuntur epistolæ pollicitatoriæ, qua petitorię; quamuis tamen in re atq; materiã differant, licet interdum in hoc etiam conueniant.

SVB IVDICIALI GENERE EPISTOLAE. CONQVESTORIA.

Lucas Arboreus, Hieronymo Caphari. S. D.



BI primum accepi, quam turpiter amicus ille tibi imposuerit quid inquam tibi cum modo huic, modo vero illi imposturam faciendo, vitam propemodum ducat, ita cõmotus sum, ac si mihi impostor ille iniuriam fecisset, sed nihil mirum, qui semel frontem perfricuerit,

cum

cum semper esse cum quouis hominum impudentem sanè decet. Tu vero modo moderatiuus ista feras, speresque vindicem futurum Deum, non propterea improbanda tua est in omnes gratia, atq; singularis humanitas, sed eo magis probanda, quo ad cuiq; gratificandum es ingenio propensior. Sitis tua te probitas, multum comitas, plurimum virtus tua soletur, qua contra huiusmodi impostorum, atq; Manticulariorum improbitatem mirabiliter contendisti; Tu itaq; fidem, atq; constantiam eandem, quam sæpe, cum hic aderas, expertus es: cognosces si qui tibi obtrectant, qui mali sunt, atq; scelesti, id maiori illis fraudi quam tibi futurum existima, huiusmodi enim procitate, atque maledictis tua dignitas non violabitur, sed eorum magis facinus, ac flagitium patebunt, sic enim de se bene merentibus satisfieri a se posse opinantur. Tu igitur incredibili virtute tua fretus, hos Zoilos, atque Planos homines aspernare. Vale.

In Conquestoria Epistola Perspicienda.

CONQVESTORIA epistola est ea, qua ad absentes scribendo, quærimur de morte, damno, dedecoreque vel ad se, vel ad alium spectante.

Dicitur à queror, ris, per lamentarsi.

RES sunt.

MORS.

Damnum.

Dedecus, & huiusmodi.

In mortis Conquestu, quæ sunt ad mortem eorum, delectum faciamus: & ad rem nostram trahamus.

In damni, & iacturæ, personarum, locorum, temporumque qualitates metiamur, & ita in dedecoris quæstu.

Verba potissimum sint simplicia, plurima coniuncta, & translatis etiam consperfa.

ARS circa Res, & verba.

Sint verba grauitate referta, & simplicium, & coniunctorum

ctorum sit grauior delectus, vt moleste fert, conqueritur. dicatur potius affligitur.

Gradus valde huiusmodi epistolas exornant.

Si anterioribus orationis membris epiteta adijciuntur, fas est, & posterioribus addi: sed si non apponantur anterioribus, taceantur quoque posterioribus.

Consequentiæ etiam plurimum congruunt.


Huiusmodi epistolarum initium, sit, vel sententijs grauibus, vel exordio interciso, doloris affectus ostendatur.

Sed à sententijs incipimus, quando mors, damnum, & dedecus non ad nos spectant, vt si de amici obitu quæramur dicamus, Puluis, & vmbra sumus.

Verum si de filij, nepotisve obitu & huiusmodi querimur, ab interciso exordio incipiemus: vt Cic. Dolobellæ.ix. Vel meo ipsius interitu mallem.

ACCVSATORIA.

Hieronymus Capharus, Mario. S. P. D.



Vid me humilem Pedagogũ appellas? quid inscitiæ me nomine accusas? cum te non doctorem (inquam) sed corruptorem? non eruditum, sed cuiusuis bonæ artis prorsus ignarum planè dicam. Etenim te antea diligebam, quod abs te me quoque diligi existimabam: postea verò quàm dicacitatem, petulantiam, procacitatem istam tuam perspexi, & te vt Zoilum, & maledicta tua, vt virulenta odisse cæpi. Tuum est enim ita detractionibus periciſſimum quemque virum insectari, vt inde tua demùm infantia cuique late pateat, & quam sis infantiſſimus [cum vere is esse in omnibus perspiciaris] liquidò constet, sed quid, ne tui similis

esse

esse viderer, perditos mores istos, atque prauum ingeniũ accusando, te moneo, vt in melius vitam, atque istam tam turpiter viuendi rationem corrigas, ne pesus audias, quã mereris, & cum humanas litteras profitearis, inhumanus esse censearis. Vale. Venetijs.

In Accusatoria Epistola discutienda.

ACCVSATORIA epistola est ea, qua scribendo amico, aliquid turpiter dictum, factumve ab eo, accusamus.

Dicta est ab Accuso as, *per biasmare, & accusare.*

RES sunt, offensiones, & delicta, & huiusmodi.

VERBIS vtimur simplicibus, coniunctis, & plurimis translatis.

ARS circa RES, est animaduertendum, num qui accusatur, sit superior, par, an, inferior: Nam pro personarum qualitate, & fortuna, accusandi ratio distribuitur, & variatur.

Principio exordimur ab illius, quem accusamus. laudibus: vt accusatiuo fiat lenio, his laudibus, vt Cic. Si Tu exercitusque valetis. & paulatim descendatur ad ea accusanda modesteque mala iudicat.

Postremo se parcè laudando, epistolam concludat.

Si par accusetur, initium capiatur a re criminanda, & à delicto, postea transeatur ad amorem in accsatum, vel in genus, seu domum eius deinde quæ sunt accusanda, leniter accusentur.

Conclusio fiat à spe, quæ habetur erga accusatum, quod præclarius se geret, & delictum emendabit.

Sin, inferior accusetur. Incipiatur à desiderio sui muneris, & officij illius, qui accusatur. Deinde criminentur quæ sunt criminanda, nulla illius habita ratione.

Antiteta plurimum ornant huiusmodi Epistolas, vt Veteres, Nouos sic Hostes, amicos, vt in epistola citata. Sic & respondentia: vt tantum quantum. Ego te: Omnibus Te Vno: Mea Nostra.

Sic

Sic etiam Gradus: vt nos inter nos, conciliatura, coniuratuaque, & simul epiteta, vt incredibilem voluptatẽ singularem amorem.

Consequentia quoque vt gessimus, gesta.

Adiuncta, vt publicè misisti.

EXCVSATORIA.

Franciscus Falerius, Hieronymo Capharo. S. D.



Vod iampridem mearum nihil acceperis literarum, non à tui, tuorumque officiorum in me obliuione commissum putes: quæ tot, tantaq; fuere, quorum equidem memoriam, si ex animo meo eccidere paterer, vitio non carerem. Sed quoniam tantus est negotiorum cumulatus, tanta cura, atque sollicitudo, meorum, vt vix interdum esse mihi liceat: Nisi modestiæ, atque ingenij tui facilitati, animique suauitati maximè considerem, veniam abs te peterem, si quid est offensum, quod neque video, neque intelligo. Tu tamen me eum erga te esse putes, & fidelissimum, & amantissimum, quem olim in tuis omnibus periculis expertus es. Deinceps crebriores, quam fortè velles, à me litteras, expectabis, si Tabellariorum facultas data erit, qua quidem quam libentissimè vtar; quod ex meis ad te litteris perspicere licebit. Interea incredibili meæ in te beneuolentiæ vt mutuò respondeas, te etiam atque etiam rogo. Vale. Venetijs.

In excusatoria Epistola Inspicienda.

EXCVSATORIA Epistola est ea, qua scribendo, illud accusamus, cuius accusamur.

Res sunt offensiones, culpa, delicta, & huiusmodi.

VERBA & orationis ornamenta sunt eadem, quæ & quod

quod sunt in Accusatoria.

Ars, quum apud superiorem Accusatus, se excusat, exordiatur a Vi officit, si non dereliquerit in eo, de quo accusatur. Sin errarit, ab humana fragilitate exordiatur, amplificando, quod ad hanc rem faciet.

Si offenderit, referat, quid eum ad peccandum adduxerit. idque dolore: & misericordiæ ope & religionis, &c.

Si non errarit, memoret, quanti accusantem semper fecerit, modestè loquens, id non esse verum: quod scilicet in huiusmodi delictum lapsus sit.

Postremò si errarit, petat Veniam delicti.

Si cum pari viro res agatur, offenderit, exordiatur a causa, & quod ad offendendum impulerit. Si non offenderit ab Innocentia: vel amore procacium virorum, qui disseminare inter amicos odium delectantur.

Sim offenderit, adducere causas, quibus fuerit ad peccandum impulsus.

Si verò non offenderit, referre benaficia, quibus ipse accusatorem affecerit, vel suos: & id molestiè, vt videatur peccasse non potuisse.

Si offensum est ignorantiam, necessitatem, vel casum aliquem confiteri.

Si verò non offensum est, accusatorem precari, ne ita cũ cæteris agat, nequid ei mali contingat.

Si quid est offensum, ostendere se plurimum accusatoris humanitati confidere, & illud ei condonet.

Si non est offensum, ostendat veritatem non posse delitescere dicit; & id iudicio, prudentia, & eloquentia fiat.

Qua ratione eum inferiore sit agendum.

Primo, viuendum num fuerit offensum, & num Iure, an Iniuria.

Sin iure, confiteatur se omnino absoluendum, & accu-

torem posse ex eo pœnas dare:& se omnino futurum ei amicum.

